NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 F
8

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
Vnicornu, Lapide Bezaar,
Smaragdo, & Margaritis:
Eorumq. in Febribus Peſtilen. vſu
TRACTATIO:

Io. Baptiſta Silvatico Mediol. Medico
Io. Petri filio, authore.



BERGOMI cIↄ Iↄ c v.
Typis Comini Venturæ.
Cum Superiorum auctoritate.

Approbationes.

Librum hunc pro mandato mihi munere ad noui Indicis regulas examinaui. nihil habet quin tuto prælo commiſſus emitti in lucem poſſit.

Io. Baptiſta Tertius Canonicus Theologus.

Idem aſſerit Fr. Io. Hieronymus Caccianus, Lect. Ord. Prædicatorum.

Io. Baptiſta Epiſcopus Bergomi.

Fr. Pius Lug. Inquiſitor.

Imprimatur.

IACOBO
MAINOLDO
I.C. Eminentiſsimo
Regii Senatus Mediolanen. Præſidi
Viro Illuſtriſsimo.
Io. Baptiſta Siluaticus Medicus.
S. P. D.

REGIVM Præſidis munus tibi nuper traditum meritò extollunt omnes & ſuſpiciunt. illud idem ego ob id etiam admiror, quòd eximiæ virtutis tuæ partus ſit dignus, honeſtus, & firmus. claram enim & æter-

nam conſtituerunt Sapientes Virtutem: quæ potè immortalis ſit, omnes fortunæ incurſus contemnens, atque deſpiciens, ſibi ideò ſimiles fœtus illa producit, claros, ſtabiles, & æternos. STILPO ob id ille Megarēſis philoſophus à Demetrio qui eius patriam ſolo æquauerat, interrogatus, nunquid amiſiſſet nihil: ſtatim reſpondit: πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετὴν: ſignificans his verbis putare ſe: animi bona nullo bellorum impetu diripi vnquam poſſe, ſolidamque in ipſa Virtute conſiſtere felicitatem. Hanc Tu ſecutus omni conatu ac labore, veram attigiſti metam, & primos in patria honores à Potētiſsimo Hiſpaniarum Rege facilè etiam obtinuiſti. Noueras, Ariſtotelem ipſum nunquam ſibi tātum nomen inter philoſo-

loſophos comparaturum, niſi ſapien-
tiæ ſtudio diuniſsimè inſudaſſet. Scie-
bas Lycurgum, Solonem, & duo illa
Atticæ, & Romanæ eloquentiæ aurea
flumina Demoſthenem, & Tullium
magnis laboribus, & ſtudiis, ad ſum-
mum virtutis, & gloriæ apicem perue
niſſe, illaq. duce immortales habitos
fuiſſe. Tuam igitur virtutem, tuam do
ctrinam, & laudatiſsimos mores, ipſe
admirari non deſino, neque deſinam
vnquam, propter quod etiam tacita
quadam veneratione te ſemper obſer
uaui & obſeruo, id tibi notum facere
iamdiu deſiderans: quod per tuam
abſentiam hucuſque mihi non licuit,
Oblatam nunc in tui aduentus initio
occaſionem, tractationis huius meæ
tibi dicãdæ, impiger arripui. Res me-
dicas

dicas à legali tua philoſophia, atque à Regio tuo munere diuerſis, licet cõtineat. eiuſmodi tamen illæ ſunt, quæ virum omni doctrinarum genere refertum, & in legendis hiſtoriis indefeſſum, delectare etiam poſsint. Prætioſæ & ſelectæ res ſunt, Vnicornu, Lapis Bezaar, Smaragdus, & Margaritæ, quæ elegans quoduis ingenium delectare ſua tractatione valent. De iis paſsim locuti ſunt hiſtorici: in omnium hominum ore verſantur, eaſdemq. Medici omnes præ manibus habent. omneſq; ac ſinguli de eis iudicium ferunt. Harum ego rerum hiſtorias, earumq. in Medica facultate vires, planius patefacere, & declarare cõnatus ſum: laborem hunc, tibi, & patrono, & iudici congruo ac iuſtiſsimo, dicas, vt ſemel

tar-

tandem, me tuarum virtutum obſer-
uantiſsimum eſſe ſcires. Si res, quæ tra
ctantur inſpexeris, munus eſt ſelectum
& prætioſum: ſi tractationem ipſam,
paruum: iudicio verò tuo digniſsimū,
cùm res huiuſmodi ſelectæ & prætioſæ
non aliàs melius collocari poſsint, quā
viro oblatæ doctiſsimo & honeſtiſsi-
mo. Vale Præſes Illuſtriſsime, meq. &
vniuerſum Collegium noſtrum tui a-
mantiſsimum, tuere tuo patrocinio.
Vale. Kalen. Ianuarii. Anni cIↄ Iↄ c v.

DE VNICORNV

PARS PRIMA

Præfatio.

PRÆSTANTIORES Medicos ab idiotis hominibus minime dignoſci, cùm præſertim morbi vagantur periculoſi, eo argumento perſuaderi nos poſſe cenſuit Hippocrates, quòd nempè, qui verè Medici non ſunt, Medici eſſe ob eiuſcemodi morbos præcipuè videntur. *Facilè ſiquidem (inquit ille in lib. de rat. vict. in acut. ſect. 1. partic. 12.) nomina dicuntur, quæ apud ægros vſui eſſe exiſtimata ſunt, ſi enim quiſpiã ptiſana cremorem, vinumq́ tale, vel tale, vel etiam melicraton nominauerit, referre omnia eadem Medici tum boni tum mali, plebeis huiuſmodi videntur.* Res verò ſua opinione ſecus ſe habent, quantum ad hæc attinet, ſupra modum inter ſe differentibus illis. Eos enim alijs præſtantiores eſse vt certum conſtituit, non qui nomina hæc vel illa proferunt, ſed qui qualitate, quantitate, & tempore conuenientibus, neceſsaria adhibuerint auxilia. Et quod ad medicamenta ea attinet quæ intro ſumuntur, non pauca certo tempore, & certa quantitate, & in miſtura cum cœteris accepta, conferre; intempeſtiuè autem & largius, nec cum alijs admiſta lædere, magno conſilio Galenus decreuit in lib. 3. de temp. eiuſdem num. cap. Atq; ob hanc potiſſimum cauſam, quòd medicorum bonorum à malis, diſcrimen Idiotæ habere poſſint nullum; ſi acutas febres & malignas illas, quas multi etiam peſtilentes vocant, vagari contingat, vt ſæpè contingit, Vnicornu, lapidem Bezaar, Smaragdum gemmam,

& Margaritas, medicos ad eas oppugnandas in medium adducentes, quicunque illi fuerint, ſine diſcrimine æquè comendant, eodemq; in prætio habent. eò immò hoc tempore res hæc deuenit, vt omnia vel eorum aliqua prætermittentem medicum, planè redarguant, inſcitiæq; vel oſcitantiæ turpi culpa condemnent protinus; ijs qui ea prædicant eiſdemq; ad ſatietatem vſi fuerint, plenò ore è contra laudatis (quiſquis fuerit morbi euentus) quaſi omnia egerint, nihil prætermiſerint, omnemq; pro ægrotantis ſalute lapidem mouerint, hisq; etiam alijs antepoſitis. Vero tamen verius eſſe certum eſt, talium medicamentorum aliqua prorſus comentitia eſſe; incerta alia; & quędam ob ingenioſam ac frequentem adulterationem cognitu difficillima minusq; tuta. Neque certè ea omnia & ſingula eiuſdem omninò vſus, perpetuo eſſe poſſe verè quiſpiam affirmauerit. Hinc euenire, noſtra eſt opinio, quòd licet rectà quadam methodo obſeruata ea adminiſtrare poſſint ac ſoleant medici multi interim, tempusq; eorum exhibendorum eligant conueniens; multipliciter tamē lædere apta illa ſunt; ſcripturi de his itaque hoc tempore, quo non in Europa tantum, ſed vbique etiam terrarum in morbis huiuſmodi indifferens, & frequentiſſimus eſt eorum vſus, illud præfationis loco eſſe volumus: ſperare nos ſcilicet, ſolis ijs medicis rei huius veritatem futuram acceptam, qui ingenui cùm ſint, veritatem ex profeſſo profitentur; quiq; non aurum, non vulgi gloriam; ſed ægrotantium vtilitatem quærunt potiſſimum; & in eo argumento verſantur lubenter, quod rerum difficilium & planè obſcurarum certitudinem, & claritatem facere aptum eſt; ſuntq; hi fortaſse futuri pauci: Alios vero multos perperam potius inaudituros, quàm eorum quæ dicturi ſumus aliquid percipere, vel commendare, nosque etiam tanquam nihil de hac re rectè ſcripſerimus, calūniaturos, atq; conuicijs multis laceraturos. Praua ſanè & quidem iamdiu inueterata conſuetudo id efficiet, difficilis omni ex parte cum ſit extirpationis, Galeno magiſtro in lib. 2. de Decret. Hip. & Platonis cap. 3. in ijs præſertim hominibus, qui in friuolis, inutilibusq; argutijs iā conſenuerunt: At longè difficilius in his id futurum ratio omnis ſuadet, qui aurū tantopere expetunt, inanemq; vulgi gloriā ſupra omnia affectant. Eos ex aduerſo, qui ſanioris mentis ſunt, & veritatis amantes, monitis noſtris auſcultaturos eſſe certi ſumus; & rectè à nobis determinatæ rei veritatem protinus amplexuros, auro & vulgi gloria ſpre-

Quib' ſint hęc futura grata.

Conſuetudo difficilis eſt comotionis.

ſpectis. ſi quis verò fuerit, qui præteriti non minus quàm præſentis æui mores, planè cognouerit; magnum quid eſſe nobis cum fatebitur ingenuè, aliquos eſſe, qui ſolius veritatis amore impulſi, aduerſus prauas, & inueteratas multorum conſuetudines in mortalium vtilitatem, inſurgere, easq; extirpare, non verentur. quod verò ad me attinet, eorum ego Medicorum, mores opinionem, & authoritatem nihili faciendam eſſe ſemper exiſtimaui, qui in Artis Medicæ principijs minimè exercitati cùm ſint, non quid ratio ſuadeat, ſed quid conſuetudo approbet ex profeſſo inſequentes, à veritatis ſcopo vt declinent, neceſſe prorſus eſt; recitatisq; medicamentis in puluerem de more redactis, quibus ſi non nocent, ſaltem non proſunt, perpetuo & ſine diſcrimine vtentur; quos quidem pulverulentos Medicos non rationales, veriùs appellaueris. Vt igitur quæſitæ rei veritas eluceſcat clarius, ſingulorum horum medicamentorum facultates omnes & ſingulæ quæcunque illæ fuerint, à nobis in hac tractatione exponentur: Eorundem eſſentiales manifeſtabuntur proprietates, ſpeciesque, vnà cum cognoſcendi, & vtendi modo, eo ſcilicet ordine, vt primo de Vnicornu diſſeramus loco. De Lapide Bezaar ſecundo. De Smaragdo tertio, Quarto, & vltimo de Margaritis.

Medici qui parui pendi.

Quæ agenda ſint.

Prima Pars.

VNICORNV, quod vocant, miræ cuiuſdam virtutis ac præſtantiæ medicamentum eſſe, longo iam tempore, vniuerſis ferè totius orbis hominibus, perſuaſum eſt, Medicorũq; multorum opinione, venena quæq; etiam læthaliſſima, celerrimè non minus ac potentiſſimè euincit, nec ſine maxima omniũ admiratione, præſens venenum quodq; ſudore emiſſo, & in aqua iniectum e bulliendo manifeſtiſſimè illud detegere, ijdem affirmarunt. Huius porrò adeò communis, & receptæ opinionis initium quærere nulla eſt neceſſitas; ſat eſt eam vbiq; inualuiſſe adeò, vt ferè quiſq; ſua vſus fortuna, pro viribus de eo habendo, ſolicitus ſit & valdè anxius: quiſquis enim fuerit qui ægrotat, etiam mediocris fortunæ homo, propoſito ei a medi-

Vulgaris de Vnicornu opinio

Digitized by Google

eo medicamento huiuſmodi, nulli parcet ſumptui, nullamque pro eo inueniendo omittit diligentiam. Sani quinimmò multi quorum fortuna melior eſt, ad propriam filiorumq; pro neceſſitate tuẽdam vitam. hoc idem apud ſe habere ſemper, ſtudio conantur omni. Reges verò, & Principes, omnes, & ſinguli, magnam in Theſauris ſuis Vnicornu copiam non habere, iniuriæ cuiuſdam loco habere videntur. Et Medici illi apud quos ſumma in opinione Cornu huiuſmodi eſt, illud idem vbiq; ac perpetuo prædicant, laudibus extollunt eximijs & magnificant; miranda multa eius medio promittunt; eidem optimos quosq; euentus aſſignant; oblataq; quomodocunq; eius vtendi occaſione ſpem omnem in eo reponunt, his medijs opinionem illius, ac deſiderium apud idiotas retinentes & augentes, quàm maximè. Hinc factum puto, vt in febribus illis quas ob excellentem ſuam putredinem vitæ maximè inimicam, & multos ſæpè occidentem, peſtilentes (licet impropriè ſatis) multi vocant, non à Medicis tantum: ſed & vulgo Medicamentum huiuſmodi, ægregiè commendetur. Porrò autem Cornu huius vbiq; terrarum opinione recepta, recitatumq; in modum conſuetudine illius offerẽdi inita & inueterata; qui exteras regiones, & longinquas adeunt mercatores, auri multi colligendi occaſione ſibi oblata opportuniſſima; Cornua quædam formę cuiuſdam ſingularis & peregrinæ, nec non inſuetæ magnitudinis, vbi inuenerint, ea protinus emunt, per orbẽ ipſum ſub decantato Vnicornu nomine ferunt, magnificant, promiſſis implent, & prętium ab emẽtibus accipiunt magnum, quinimmò execrandum auri deſiderium eò rem deduxiſſe animaduertere eſt, quòd diligentia quadam ſolerti, & miro artificio vtẽtes aliqui, cornua effingunt pulchra, magna, ſingularis ac peregrinæ formæ, nonnunquam etiam odorata, idiotis hominibus vnà atque Medicis pleriſq; ingenijs huiuſmodi, imponentes. Nobis ideò de re iſta hoc tempore pro veritate ſcribẽdi, hęc etiam ſeſe obtulit occaſio, vt ſemel tandẽ certiores facti ſaltem Medici ipſi, maturiùs deliberent, & quid adueniente caſu ſibi agendum ſit, certiùs ſtatuant. Neq; tamen ipſi primi, & ſoli id aggreſſi ſumus, cùm de hoc eodem medicamento iàm ante ſcripſerint alij. Eos prætermittere fas eſt, qui conſuetudini tantum ipſi nixi (ſuntq; hi quamplurimi) perfunctoriè ſuis in ſcriptis, ipſum Vnicornu commemorarunt. Duos Andreas nomino, Marinum vnum, Baccium alterum, integrè de Vnicornu qui ſcripſerunt, eo tamen inter ſe diſcrimine, quòd eius authoritatẽ

Occaſio Vnicornu à mercatorib' circũferẽdi.

Scribẽdi occaſio.

qui de Vnicor. ex profeſſo ſcripſerĩt

&

Digitized by Google

& famam totis viribus tueri conatus eſt Baccius: Marinus è contrà rem eſſe vanam Vnicornu, fatuam, impoſturis plenam, planè́q; ridiculam, ſtrenuè defendit. Nos autem tanquam in medio horum poſiti, iudicisq; officio quodammodo fungentes, vt res ipſa ordine pertractetur conuenienti, quibus rationibus, authoritatibus, ac cõiecturis, commendatum fuerit, commendarive poſſe videatur medicamẽti genus hoc inquiremus prius, quę deinde in contrariam ſententiam adducere nos poſſint, & rei veritatem ex toto demonſtrare, in medium adducemus diligenter, remque omnem quoad facultas noſtra feret, determinabimus. Primum itaque, inde vel maximè commendari Vnicornu, ſuęque veritatis euidens argumentum eſſe dixit Baccius in tract. ſuo de Vnicornu prima par. fol. 49. quod vniuerſalis toto terrarum orbe ſit de eo vulgata optima opinio à ratione ipſa, & ſummę authoritatis, ac doctrinæ ſcriptoribus confirmata: opinionem quidem ſuo iudicio nõ popularem, quia ſic citò defeciſſet; ſed ſenſatam per ſęcula omnia, & omnes ætates receptam à ſacris etiam & naturalibus ſcriptoribus. & illis quidem primis, ac maioris famæ illuſtratam & confirmatam; hancq; in dies quoque clariorem euadere, ac certiorem, enuntiauit. Atq; ob hanc cauſam temeritatis pœna eos damnari debere conſtituit, qui rem hanc omni Sapientum opinione, & per tot ſęcula receptam & veram, tanquam falſam & aſtu inuentam, arguere & damnare, auſi ſunt vel audent. Atque eo magis, quia quæ in Vnicornu cõmedationem ſcripta ſunt, neque fabulæ, neque finctionis nomen mœrerẽtur, ſed hiſtoriæ; rei quidem extraneæ, peregrinæ, & obſcuræ, ſed in rerum natura vere exiſtentis, ab optimo quoque ſcriptore vt veriſſima recepta. At ad argumenti genus hoc magis confirmandum, ſacræ Hiſtoriæ loca nõnulla Animal Vnicornu dictum memorantia, in medium adduxit loco proximè ſcripto fol. 65. In Caldeo Remena, in dictione Hebraica Legi dixit nomine, quaſi ab hac deriuata, REEM, & REMIM, quod vocabulum Diuus Hieronymus, quibuſdam in locis, Rhinocerotem interpretatur. Subdit in Deuteron. cap. 33. hæc Legi: *Quaſi cornua Rhinocerotis, cornua eius.* quo in loco Rhinocerotis cornua in ſingulari numero, non in plurali ad euitandam improprietatem intelligenda eſſe, voluit. Addit ex Pſalm. 22. *Libera me domine ab ore leonis, & à cornibus Vnicornium humilitatem meam.* quo in loco Hebraica lectio habet, REMIM, & in Pſal. 29. *Dilectus quemadmodum filius Vnicornium.* Hebraicè habet

Modus in re tractāda obſer.

Vnicornu quæ commendare uideatur.

Quæ in ſacris literis legantur de Vnicornu.

habet BEEM. & in Pſalmo 92. *Exaltabitur cornu meum ſicut Vnicornis.* In Iob cap. 39. ALCHERCHEDEM, quæ dictio in lingua Arabum, inquit, iuxtà Andreæ Bellunenſis traductionem, ſignificat Animal Cornu vnicum in fronte habens, potens aduerſus venena. In Eſaia quoque cap. 34. *Deſcendent Vnicornes &c. quaſi viri fortes.* Ex quibus quidem ſacris litteris illud ſua opinione colligitur manifeſtè; antiquiſſimam ſcilicet eſſe huius animalis memoriam, terribilis illius quidem, & ferociſſimi: Illud etiam ex his eiſdẽ ſacris locis colligi poſſe affirmans, Vnicornu ipſum, ſiue Monocerotem, aliud eſſe non poſſe quàm Rhinocerotem. Primum enim vo cum ſimilitudinem hoc indicare credidit; idem cùm ſit, dicere Monocerotem ac Vnicornu animal, & Rhinocerotem, nulla in hoc exiſtente differentia, præterquam in loco ipſius Cornu, nimirum quia ſit illud in Rhinocerote in naris regione; ideoq; Diuum Hieronymum, vnum pro altero in ſua interpretatione, accepiſſe, dixit. Adijcit Luſitanos mercatores vnà cùm quibuſdam doctis Medicis qui Indicas Regiones perluſtrarunt de inuenienda cognoſcendaq; medicamẽtorum multorum in illis naſcentium natura, ac proprietatibus valdè diligentes ac ſollicitos, id vnum de Vnicornu ſe ijs in locis didiciſſe, affirmaſſe: eſſe illud ſcilicet Rhinocerotis Cornu, inueniriq; pręcipuè in regione Bengala, potenſq; aduerſus venena exiſtimari. Hos tamen in Rhinocerotis nomine deceptos fuiſſe dicit, cùm ſit Monoceros animal illud, quod habet Cornu venenis aduerſans, rariſſimum ſua natura animal. Cœterum omnes & ſinguli tot tantaq; Vnicornu huic tribuentes, illudq; adeò magnifacientes, ad vnum Ælianum antiquiſſimum ſcriptorem gręcũ confugiunt, & in eius authoritate fiduciam multam reponunt, qui potè in lib. 5. de Hiſt. animal. cap. 22. Siluestres Aſinos equis magnitudine non inferiores apud Indos naſci, ſe accepiſſe ſcripſerit, eoſque reliquo corpore albos, capite verò purpureo, oculiſq; nigris eſſe; Cornu vnum in fronte gerere, cuius ſuperius puniceum, inferius autem album, medium verò nigrum ſit: atq; non omnes quidem Indos, ſed potentiores, cum tanquam armillis quibuſdam brachia, ſic cornua auro certis ſpacijs ornarũt, ex his ipſis bibere ſolere. Ex hoc cornu bibentem, ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neque cum ipſum conuulſionibus corripi, neq; ſacro morbo tentari, neq; venenis vllis, affirmatum eſſe. Ab antiquis porrò ſcriptoribus ad recentiores tranſiuit Baccius fol. 76. & primum adduxit Æneam Siluium

Monocerotẽ eſſe Rinocerotẽ, quę videantur demonſtrare.

Aelianus pro Vnicornu adducitur.

Recentiores q Vnicornu q. ſuerunt.

Digitized by Google

Siluium Piccolomineum, qui Pontifex renuntiatus, Pius ſecundus dictus eſt: qui in cap. 10. ſuæ Aſiæ ex Nicolai Veneti ſententia, in extremis Aſiæ oris, in prouincia, Macinum, dicta, inter Indiæ, & Cataij montes, vbi ſericos fuiſſe exiſtimatum eſt, reperiri animal quoddam ſcripſit, cuius caput ſuillum eſt, cauda bouina, vnicũ in fronte gerens cornu, cubitalis longitudinis, coloris & magnitudinis ipſius Elephantis, quo cum naturalem gerit inimicitiam; quod cornu ob vim aduerſus venena inſignem, magna inibi eſt in exiſtimatione. Adducit mox Marcum Polum Venetum magno Cani in Tartaria inſeruientem, & multas Indicas regiones, qui inuiſit, teſtantem, ſe in India in Regno Baſmæ, vbi homines ferarum inſtar barbarè viuunt, inueniſſe animal ab incolis illis Vnicornu dictum magnitudinis ferè Elephanticæ, capitis ſuilli, graue adeò, vt perpetuò ad terram declinet, luti amans, cornu vnum in fronte gerens, nigrum longumq́;, cum lingua ſpinoſa, aſpera, ac valdè pungente. Meminit & Aluiſij Cadamuſti in cap. 50. ſuę Nauigationis ſcribẽtis, in quadam noui orbis parte, reperiri animal Vnicornu quod viuum capitur. Verum enimuerò, vt duobus his ſcriptoribus, non multum hac in re ille tribuit; ita ſanè longè magis Ludouico Barthemæ in ſuo Æthyopico itinere, & in Maris Rubri deſcriptione, animal iſtud clariſſimè deſcribenti, eaſdemque cum antiquis ſcriptoribus conditiones ei tribuenti: ſcripſit ſiquidem, in Vrbe Mecha in Arabia ſuperiore, oriẽtaliumq́; mercium omnium publico Emporio, in Regijs clauſtris, ſe duo vidiſſe animalia Vnicornua, annui equi inſtar vnum; paullò maius alterum duorum annorum ætatis, vnicum in fronte cornũ quæ gerebant, eius lõgitudinis, quæ ad tres cubitos accederet id quod in fronte maioris erat; duos tantũ quod in minore; quorũ animaliũ corporis color flauus erat clarus, caput ceruinum, collum breue, crines pauci, crura ſubtilia, vngues caprini & diuiſi, quas formas & conditiones vbiq; hoc tempore pictores eis dant. His porrò argumentis, eam adiecit Baccius idem in fol. 80. confirmationem, quã ex particularibus cornibus apud Europęos Principes multos exiſtentibus, deſumi poſſe, exiſtimauit: tantumq; fidei in ea repoſuit, vt eius medio difficultatẽ oẽm irritam fore exiſtimauerit. Primo aũt loco, veriſſimũ ac certiſſimũ eſſe Vnicornu illud affirmauit, qd Lutetię Pariſiorũ in Eccleſia S. Dioniſij, iã longo tpe adſeruatur; quod potè cõditiones ab Æliano, Plinio, & Ludouico Barthema, tali cornu traditas, habeat oẽs: Rutidum.ſ. illud

Particularia Principũ Europeorũ cornua, Vnicornu dicta. Pariſienſi vnicornu

illud eſſe impolitum, nigri coloris ęmulum ceruini cornu inſtar, quinque vel ſex cubitorum longitudinis, rectum, quibuſdam ſignis elegantibus in ſummitatem vſque decoratum. Huic omninò ſimilia fecit, id quod in Lotharingia in Vrbe Metz, illudque quod in Germania in Vrbe Argentina, cuius Icon proxime Romæ allatum fuit: necnon & id quod in Regum Polonię theſauris adſeruantur. Etenim, inquit, quod in Argentina Vrbe eſt in illius Eccleſię maioris Sacrario cuſtoditum, ex cuiuſdam illius eiuſdem Ciuitatis ciuis deſcriptione, cum vnius altioris hominis longitudine contēdit, tantæ craſſitudinis, quantam communis apprehendere poſſit manus; totum ſolidum, ſine aliquo vel minimo interſtitio, aut fiſſura aliqua, paruis quibuſdam lineis ad ſummitatem vſq; illud pulchrè circundantibus; tantę grauitatis vt mirum ſit cuiuſuis magnitudinis animal, tantum in fronte pondus gerere poſſe; inodorum, coloris Eboris ſeneſcentis inter pallidum & flauum. Eſt autem Cornù hoc eius opinione, Monocerotis proprium & veriſſimum, alius cuiuſuis Vnicornu rectè cognoſcendi & vere diſcernendi, norma quędam & regula certa, ſine fuco, ſine artificio, artis ve auxilio aliquo politum. Adſeruata propterea Venetijs in Sancti Marci Theſauro cornua, hęc carere prerogatiua, dixit, quæ licet in omnibus cum iam dictis alijs conueniant, in eo tamen vno ab eis differunt, quòd cognoſcuntur manifeſte, in preſentem formam fuiſſe antiquitus ex arte redacta, & adaptata; polita nimirum ſecundum omnes ſuas partes, non ruuida, vt Ælianus, & alij ſcripſerunt. Namque, ſubdit, abraſo ab eis primo cortice nigro, extinctiſq; lineis eas circundantibus, polita facta ſunt, longitudinis ad craſſitiem preſentē minime proportionatæ, coloriſq; cornu Cerui abraſi, & politioris redditi, pallidi non nigri. Bina in pręſentis Polonię Regis Theſauro cornua, ad hominis proceritatem ſingula accedētia, recondi, oculatus teſtis nobis retulit. Sed quam fidem in eo Cornu habet Baccius paucam, quod anno Dominicę Incarnationis M.D.XX. apud Heluetios in ripa fluminis Arulæ apud Brugam inuentum eſt, Marchioni Badæ eius ditionis Domino, conſignatum; eò quia externe pallidum ſit, interne album, longitudinis duorum cubitorum, politum, nullis circundatum lineis, igniq; expoſitum, odorem moſcho ſimilem emittit; quæ conditiones à veri Vnicornu natura longiſſime diſtant. Sicuti & in eo, de quo Albertus Magnus ſcripſit, ſe Vnicornu vidiſſe, ſuiſque proprijs manibus dimetiri potuiſſe, quod in

In Lotharingia Vnicornu. *Polonia Reg. Vnicornu.* *In Argentina Vnicornu.* *Venetijs Vnicornu* *Apud Heluetios Vnicornu.*

baſi

baſi ſpitami vnius cum dimidio, latitudinis erat diametralis, decem pedum longitudinis, in reliquis cornu Cerui ſimile, eiuſmodi ſiquidem magnitudo, tantam animalis illud gerentis magnitudinem ex neceſſitate ſupponat, vt ſit prorſus impoſſibilis, Monocerotem verò, cuius eſſe dicitur Vnicornu, eſſe verum & proprium, equi aut magni cerui magnitudinem minime excedere; quam dico fidẽ his cornubus habet Baccius paucam·eam certè, longe maiorem in ea Vnicornu parte ſibi à Magno Hetruriæ Duce oſtenſa, quæ potè cum Vnicornu ab Æliano, & Solino deſcripto, omnino conueniat; ſubſtantiam nimirum habeat æqualiter albam, lineis extrinſecus circundatam. Laudes eaſdem ei quoque tribuit, quod in Vaticano Romæ in Pontificijs domibus reperitur; & illi, quod in manibus Illuſtriſſ. Cardinalis Tridentini erat; craſſiorum illorum quidem bouini cornu inſtar, externe impolitorum, & pallidi coloris, lineis circũ circa deſignatis, durçq; ſecundum omnes partes ſubſtantiæ. Sed & ex vero Vnicornu conſtructum fuiſſe cyathum dixit prętioſiſſimum à Luſitano Rege Illuſtriſſ. Cardinali Alexandrino dono datum, qđ ſua opinione, ſolo intuitu nobilitatis cuiuſdam ſupremę ſpecimen prę ſe fert: cornu politioris & ſolidioris, eboris inſtar, coloris albi palleſcentis, latitudinis tantæ, quantam vtriuſque manus duo priores digiti cingere valent. Neque etiam non magnifaciendum exiſtimauit, vt veriſſimum Vnicornu, id quod Mantuæ Dux Altiſſ. in Theſauris reconditum habet ſuis. quoniam autem non omnia cornua & ſingula, quæ, aut apud Principes viros aliquos conſeruãtur, aut à mercatoribus ipſis hinc inde circumferuntur Vnicornu nomine inſignita, vera & fida eſſe, vt certum ille ſuppoſuit; ex recitatis propterea conditionibus, quemadmodum ex admirandis veri Vnicornu proprietatibus, verum à falſo & ficto, interſtingui, ac dignoſci poſſe, enuntiauit. Atque ideo in tertia ſuæ tractat. parte. fol. 87. Vnicornu veri proprietates in medium adduxit; quas pręſſius vt demonſtraret & certius, in hiſq; cognoſcendis error accideret nullus, neque deluſio aliqua fundamenta quędam prius iacere conſtituit, ex quibus certius & manifeſtius poſſent illæ deduci, eiuſmodi ad verbum oratione inſtituta. Certum ex principijs ipſis naturalibus, operationes omnes & virtutes vniuſcuiuſque rei ab eiuſdem forma naſci, & ab eadem ſubſiſtentiam habere: quæ quidem forma in ipſius rei medio quodammodo reſidet, illiq; eſſentiam, conſeruationem, & agendi vim tribuit, à qua deinde formales omnes proueniunt

Mag. Hetrurię Ducis Vnic.

Romæ in Vaticano Vnicornu

Cyathum ex Vnic. cõſtructũ.

Mant. Ducis Vnic.

Fundamẽta pro Vnicor. cognitione.

niunt differentię, ipſius formę tanquam ancillæ quędam, magis, minusve intrinſecę & propinquæ, quę vſque ad qualitates elementares, & exteriora ipſa accidentia, extenduntur: Ita vt, cuiuſque rei operationes illæ, quę ſunt digniores, & nobiliores, immediate ab ipſa forma proueniant: aliæ minus nobiles ab ipſius formæ proueniunt differentijs; tanto inter ſe nobiliores, quantum ſuo propè magis accedunt principio: aliæ vero operationes à manifeſtis rei qualitatibus, quas elementares uocant, originem trahunt: ſuntque hę qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas in omnibus mixtis reperię. Ab his autem manifeſtis qualitatibus ab elementis prouenientibus, noſtrarum ſcientiarum certitudinem naſci omnem ſupponitur; ſenſui manifeſtum cùm ſit, quicquid calidum eſt poſſe calefacere, frigidum refrigerare, humidum humectare, ſiccum ſiccare, & per horum combinationem duplicatum effectum producere; qua in re, vix eſt vt credi poſſit, decipi quempiam poſſe. At in operationibus ab internis rei differentijs prouenientibus, quantò hæ magis a ſenſibus diſcedunt noſtris, intellectum ad ſecundum ducentibus, ſuisq; formalibus principijs propè magis accedunt; tantò difficilius & obſcurius a nobis illæ cognoſcuntur. Vt tandè, ab intrinſeca rei forma prouenientes virtutes, & operationes ſint nobis omninò cognitæ; quæ propterea occultæ vocantur virtutes, nobis per ſolam indicantem experiētiam cognitæ, ratione autem prorſus occulta: exempli cauſſa; nulla alia ratio a nobis redditur, cur Magnes trahat ferrum, quàm a forma Magnetis intrinſeca id prouenire. quapropter, ſicuti in elementaribus operationibus tanquam ſenſui prorſus manifeſtis, decipitur nullus: in occultis è contra facillimum eſt decipi; ab hisq; ideò ſuperſtitiones proueniūt omnes, & falſitates, & figuræ a ſapiētibus nonnullis de rebus ipſis formatę. quicquid enim virtutis rei cuilibet tribuitur; vbi ſenſuum vis non excedatur, facillimum cuique eſt experientiæ medio ſtatim cognoſcere, ſit ne res calida, aut frigida, humida vel ſicca. At in formæ proprietatibus, intellectus quilibet cœcutire ſolet, ſolaq; ad cognitionem vti poteſt coniectura; quæ quidem ſanum, & excellens nacta iudicium, poſſibilem quamq; rerum notitiam, nobis apta eſt impertiri: tale è contra ſi non fuerit forte fortuna iudiciū, minusq; ſani intellectus homo fuerit; falſis ſuſceptis imaginationibus, & falſis inuentionibus, veritas in obſcuro recedit, hincq; immenſa naſcitur confuſio. quam ob cauſſam, occultæ qualitatis nomine, ſapien-

pien-

pientem quemque decipi etiam maximè poſſe facillimum eſt: vel etiam vanitatibus illis minime aſſentiens, quodcunque affirmatur, ſiue verum ſit, ſiue falſum, negat. Hoc ipſi Vnicornu accidiſſe affirmat vir doctiſſimus, in quo cum vires occultæ adſint aliquæ, à propria illius forma prouenientes: aliæ manifeſtę à primis eiuſdē qualitatibus dependentes; aliæ per figuras quaſdam allegoricæ: fabuloſæ aliç, & ſuperſtitioſæ, maxima in illo obſcuritas, & cōfuſio vnà cum euidentibus difficultatibus, nata eſt. His iactis fundamentis ad rei veritatem clarius demonſtrandam; Vnicornu proprietates omnes in medium ille adduxit in fol. 90. Atque quidem in primis, ſolidiſſimum ipſarum Vnicornu proprietatum fundamētum illud eſſe, vt certum ſuppoſuit: vſq; ſcilicet ferè à mundi initio, Caldeos, & poſt hos Hebręos ſcriptores, digniſſimam figuris pulcherrimis aſſociatam, illius feciſſe commemorationem, tria præcipua continens ſignificata. Fortitudinem, Rectitudinem, & Exaltationē. Etenim ex ſacris litteris adductæ paullò ante authoritates omnes, fortitudinis & ferocitatis, animalis tale cornu gerentis, ſignificationē, inquit, dant euidentiſſimam, pręcipueq; in Pſal. 21. *Salua me domine, & à cornibus Vnicornium humilitatem meam.* & in Eſaia cap. 33. de Dei ira aduerſus Idumęos, & Aſſyrios ſermone inſtituto; *Vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus.* & in Iob cap. 39. *Nunquid volet Rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad gregem tuum, aut alligabis Rhinocerota ad arandum?* quibus animalis huius ferocitas indomita manifeſte ſignificatur. Rectitudinem autem huius eiuſdem animalis & ingenuitatem in Deuteronom. cap. 20. his verbis deſcribi affirmauit: *Sicut primogenitum tauri pulchritudo eius, & quaſi cornua Monocerotis cornua eius.* Exaltationem, & præeminentiam in Pſaml. 91. *Exaltabitur ſicut cornu Vnicornis.* & in Pſal. 77. *Aedificauit ſicut Vnicornium ſanctuarium ſuum in terra.* & in Pſalm. 28. *Dilectus Dominus quemadmodum filius Vnicornis.* Cœterum iuxta hæc ſignificata, allegoricas figuras ingenio & argutijs plenas, compoſitas fuiſſe admonuit in fol. 91. quæ & ipſę pręcipue cuiuſdam huius animalis proprietatis ſignum ſunt manifeſtum. omnibus, ſua opinione antiquior & notiſſima eſt, Animal Vnicornu in Virginis gremio quieſceus depictum: caſtitatis & continentiæ ſimulacrum; Plinius ſiquidem, atq; alij ſcriptores affirmant, Animal huiuſmodi ob eximiam ſuam ferocitatem, viuum capi haud poſſe: Dicuntq; ideo nonnulli ad illud capiendum Virginē à venatoribus adduci, cui ſuo quodam naturali inſtinctu animal hu

Confuſio in Vnicornu cognitione vnde nata.

Vnicornu propriæ conditiones.

Vnicornu ſecretiora ſignificata.

Allegoricę Vnicornu figurę.

miliat, ſeq. in eius gremio reponit, & ſomnum capit, facileq́; ideò capitur. Affirmatur hiſtoria hęc ab Alberto Magno, deſumpta tamen ab Iſidoro, lib. 12. cap. 11. atteſtāte rem hanc à multis cum iuramento affirmari. Adiecit, ſtatuiſſe Niſeos, vt in nummo metallico inſculperetur animal Vnicornu caput inclinans, & cornu ſuum in Bacchi Cantharo reponens, græca inſcriptione: NISEON, poſita: cuius medio populi illius gloriam mundo ſignificarent: quia talis animalis cornu eius potentiæ aduerſus venena cùm ſit, in ſola illa regione naſcitur & viuit; Vt item oſtenderent Baccum eorum peculiare, & antiquiſſimum Numen, huius cornu medio conſecrare voluiſſe vinum tāquam ſuum liquorem: temporis pręterea proceſſu, Clementem VII. & Paulum III. Pontifices Max. vnà atque prudentiſſimos, ad ſuam fortitudinem, iuſtitiam, aliasq. virtutes ſupremas, tacitè indicandas, Vnicornu animalis effigie in Hieroglificum vſos fuiſſe, animaduertit. Pariter & nobiliſſimam in Vrbe noſtra Cribellorum Familiam, ab Vrbano III. Pontifice Maximo magis illuſtratam, atque ab eiuſdem Familia Cardinali annis proximis cohoneſtatam, Vnicornu animal in gentilitijs ſuis poſuit, addita Gallica inſcriptione hac: POVR SAVVER LEAVTE. huius figuræ medio talis familiæ vires & ingenuitatem in Regis Chriſtianiſſimi famulitio poſitam, omnibus ſignificarent. Sed peculiare magis, & clarius ſignificatum ſua opinione habet Bartholomęi Viani Hieroglificum à Paulo Iouio Epiſcopo Nucerino editum; Vnicornu ſcilicet animal frontem inclinans, & cornu in riuulum aquæ infundens, cum hac inſcriptione: VENENA PELLO. Quinetiam Sambucum inter ſua Emblemata, hoc idem animal po ſuiſſe dixit, his inſcriptis verbis; PRÆTIOSVM QVOD VTILE: vt ſignificaret res eas ſummo præmio dignas eſſe, quemadmodum & homines eos, in quibus vitæ cuſtodia reponi ſolet. Atque ex his manifeſtè colligi Baccius exiſtimauit, Vnicornu virtutes cognitas fuiſſe maximas. Et quo magis ac particularius illæ patefierent, ad eas ſpecificè declarandas deuenit; & quod ad eas, quæ manifeſtæ ſunt, ab elementaribus qualitatibus prouenientes; eaſdem cum alio quouis cornu, refrigerandi, exiccandi, & adſtringendi eſſe, vt certum, manifeſtūq́. ſuppoſuit in fol. 93. longiori ſatis in ijs, quæ occultę ſunt manifeſtandis, vſus in fol. 95. oratione. Etenim maximam omnium, & potiſſimam Vnicornu abditam vim, ſiue proprietatem eſſe enuntiauit venenorum omnium, quæcunq. illa fuerint,

Vnicornu qualitat. manifeſtę

Vnicornu vires occulta.

cuin-

Digitized by Google

euincendi potentiam; conſequenterq. etiam excellentis putredinis febres peſtilentes facientis, abſumendæ: non minus quàm Bolus Armena, Terra Lemnia, Lapis Lazuli, Fragmēta prętioſa, Cornu Cerui, & Corallus; quę omnia ex ſuę formę proprietate talem vim inſitam habere, vt certum ſuppoſuit. quod idem recentiorum ferè omnium Medicorum, placitum fuiſſe ſibi abſolutè perſuadere potuit. Coniecturis deinde multis hoc idem poſſe confirmari voluit. Inter has, non inanem eam eſſe exiſtimauit, quæ ex huius Cornu raritate deſumi poteſt, cùm necubi in tantæ efficaciæ rebus abundare ſoleat Natura ipſa, quę iudicioſi Principis, prudentiſq. œconomi Theſauros ſuos, reſq. prętioſas in locis reconditis, obſeruantis inſtar; aurum, gemmas, aliaſq. res prętioſas, non vbique producit, nec facilè, ſed longo tantum temporis ſpacio, multoq. labore, in locis abſconditis & remotis; in terræ ſcilicet viſceribus, aut in profundo mari, in alijs ve locis deſertis, & penè inacceſſibilibus. quare rariſſimum cùm ſit Animal hoc Vnicornu, & in longinquis terrarum partibus repertum; mirę propterea ſuæ facultatis argumentū hoc eſſe voluit manifeſtum. Huius eiuſdem cornu ſubſtantiam, tantam, tamque miram illius efficaciam innuere dixit, non alium ſanè in modum q̄ in lapidibus prętioſis, quorum compoſitio, formam egregiam, paucam materiam; ſed puram, ſplēdidam, ſtellarum materiæ ęmulam, vires admirandas, & propemodū cœleſtes, vt ſtellæ, continentē pręſefert. Hinc factum exiſtimauit, q̄d voluerint ſapientes, tātas vires poſſidere eiuſcemodi res prętioſas, ſi paruę fuerint, quàm ſi magnæ. Vtque Magnes lapis ſua forma ferrum ad ſe trahit; ſic res iſtę per vim occultam, venena, humores, vel ſpiritus nocuos, & vitæ inimicos, trahunt. Sed etiam eo argumento, miram Vnicornu facultatem deprehendi ſcripſit, quòd exteriores conditiones habeat excellentes; eſt enim denſiſſimum, graue ſupra quęque alia cornua, album in ſua materia, purum, vniforme, & vnicum in ſuo animali quodque. Addidit ſcripſiſſe Auicen. in tracta. de viribus cordis, mirandam eſſe eam vim, quę caliditatis effectus ſine ſua caliditate, frigiditatis ſine frigiditate, producit; ſuas immò operationes ſine artis auxilio, ſed ex ſe, ſiue ex propria inſita facultate, edit. Non enim comburitur Vnicornu, quò venena euincat, neque abluitur, aut aliter arte pręparatur: quemadmodū in cornu ceruino ex neceſſitate fit, vt ſuas in corpore humano vires exerceat. Et propterea ſcriptores omnes cum Æliano, & Philoſtrato conuenire

Vnicornu conditiones exteriores.

Prīcipes Indiæ quō Vnicornu vterētur.

nire dixit, antiquos ſcilicet Reges, & Principes Indos, apud quos prima fuit Vnicornu huius prętioſi prima cognitio, vaſa ex eo ad potum cōſtruere ſoluiſſe, pulchra auro interſtincta, ac ornata, quorum medio ab omni veneni clandeſtina violentia tuti eſſent, ſicuti & contra ebrietatem conuulſionem, epilepſiam, omnemq. inſanabilem morbum, quem in numerum vigentes hoc tempore apud nos Febres dictas peſtilentes, repoſuit. Porrò has coniecturas, ab experientia ipſa à Medicis multis de Vnicornu iſto, eis oblata occaſione, ſumpta & quæ in dies ſumitur, vel maximè confirmari, eiuſdem Baccij opinio fuit firma. Atque ex his aliquos nominauit vt præcipuos, in huius rei fauorem teſtes oculatos; ſuis factis experientijs Vnicornu authoritatem qui confirmarunt: Marſilium Ficinum in lib. 3. de vita cœlitus comparanda, argumētis nonnullis vim occultam, & cœleſtem, & miram, huic cornu tribuiſſe, animaduertit. In lib. deinde de Antidotis, aduerſus peſtem, ex communi Medicorum ſententia, & vſu, vim illius Alexipharmacam confirmat. Eiuſdem ſententiæ fuiſſe affirmat Antonium Braſauolum Ferrarienſem, ſi verum fuerit Vnicornu, vnà & Petrum Andream Mathiolum. Hos ſecuti, inquit, ſunt alij recentiores multi, vnusq. præcipuus Aloyſius Mundella Brixienſis, Monocerotis cornu aduerſus venena, & canis rabidi morſum, aliosq; venenoſos morſus, lumbricosq. valde commendantem. Verum enimuerò id difficultatis in huius medicamenti experientia facienda eſſe animaduertit, quia prętioſa res illud ſit auro comparanda multo, quod paucis conceditur, ſed ſolis fermè Regibus. Nec illud pro huius cornu exaltatione maiori reticendum eſſe exiſtimauit Paulum Pontificem, ſcilicet Romanum huius nominis Tertium, Antonini, Marci, & Seueri Imperatorū imitatione, nobile Pharmacopolium, res præcipuè peregrinas & prętioſas habēs, erexiſſe, & à quibuſdam Raguſeis mercatoribus, Vnicornu portionem quandam, prętio aureorum nummorum duodecim mille, emiſſe: cuius vim miram Auguſtinus Ricchus, tunc temporis illius Pontificis medicus, ſuo vſu confirmauit in Febribus peſtilentibus, feliciſſimo, ac frequenti ſucceſſu. Illuſtriſſimi quoque Cardinalis Tridentini prętioſum cornu, ſuas vires, experientia in duabus columbis facta, omnibus ſignificaſſe, teſtatus eſt. vtrique inquam propinato Arſenico, & vni tātum modico raſuræ illius cornu mox exhibito, quę poſt quaſdam paſſus moleſtias in uita remanſit: altera verò duarum horarum ſpatio, etiam minore, elapſo, mortua

Experiētia de Vnicornu viribus.

Paul' iij. Vnicornu emit.

tua eſt. Atque illud idem cornu, aduerſus venena, febres peſtilẽtes, & fungos venenoſos, ſępiſſimè cum febricitate maxima ſuas vires exercuiſſe, affirmauit. Ex quibus omnibus authoritatibus, coniectu ris, & experientijs, veri, genuiniq́. non adulterini Vnicornu, omni encomio celebrandam vim venena euincentem, ſiue Alexipharma cam, colligi poſſe ac debere, ſibi eſt perſuaſus Baccius. Affirmauit ille idem amplius, contra venena omnia potẽtiſſimum eſſe hoc Vni cornu, quod potè tanquam altera theriaca, vi ſua inſita, & propria natura, cor ipſum protegat, illiq́. virtutem contra veneni cuiuſque vim violẽtam, impertiatur. Et ſicuti, inquit, fol. 101. bene armatus homo, aduerſus quodcunq; armorum genus ſtat: ita munitum hoc medicamento cor, à veneno aliquo offendi non poteſt, cuiuſcunq; qualitatis, ac potentiæ fuerit.

Vnicornu aduerſus venena potentia.

Porrò etiam non minimam laudem virtutis huius cornu inde ſumendam eſſe, contendit in fol. 103. qđ præſente veneno ſudorem ſtatim emittat: Ad quod credendum eo argumento adduci quemq. poſſe, ac debere exiſtimauit; quod viuens corpus cùm non ſit Vnicornu, verè qu dem non corripitur ſudore; neque humor ille emiſſus à principio prouenit intrinſeco: ſed cùm ſolidum ſit & politum, vnà & frigidum, ab aere id ſuſcipit extrinſeco ei obiecto, vaporem ſcilicet quendam ſudori ſimilem. quapropter, ſubdit, ſiue à proprietate proueniat, ſiue etiam à ſuo principio intrinſeco, vt humorem, vaporemve illum ſuſcipiat tale cornu: vel potius id eueniat, quia veneni qualitas aerem inficiens, elegantiam eius contaminet, in modum menſtruatæ mulieris ſpeculum, in quod inſpicit inficientis, & plantas, per quas pertranſit, exiccantis eis ſufficit rem ſic ſe habere, & pręſente veneno cornu illud talem humorem emittere: cuius rei euentum, exemplis quibuſdam approbauit:

Vnicornu pr[æ]ſente veneno ſudat.

Cornua ſiquidem parua ſerpentis Ceraſti appellati, & ipſa pręſente veneno ſudorem emittere, dicta ſunt: quam ob cauſſam Principes ipſi cultrorum manubia ex eiuſcemodi materia confici debere alias iubebant, vt ſcripſit Petrus de Albano Conciliator dictus in lib. de venenis. Hoc idem de Diaſpro ille, quem alij linguam Serpentinam, alij Viperinam vocant, à quibuſdam affirmari dixit: concluditq́. propterea Vnicornu verum veneno præſente, nõ quidem verè ac propriè ſudorem emittere, ſed maniſeſtè madeſieri.

Cornua Ceraſtis pſente veneno ſudant.

Affirmat item, veriſſimum eſſe, cornu hoc in vino, vel aqua poſitum, ſi venenum præſens eſſe contingat, ebullire. quanquam enim quoduis combuſtum, cornua putà quæque, oſſa, calx,

Vnic. in aqua poſi tũ ebullit pſente ueneno.

cinis,

cinis, & lateres, poſita in aqua ebulliant, non inde tamen ſequi, inquit, Vnicornu ipſum id ſua natura non poſſidere, cùm ſcriptores fide digni nonnulli, verum Vnicornu à non vero, hoc ſigno diſtingui affirment; ideoque fragmenta quædam eius apud Pariſienſes quoſdam mercatores, illudq. quod integrum in eiuſdem Vrbis S. Dionyſij Eccleſia, conſeruatur; & ſi non ſint combuſta, nec calce imbuta, in vino tamen poſita, euidentiſſimè ebulliunt. Eſtq. hoc, eius opinione, veri Vnicornu ſignum certiſſimum: ex quo quidem euentu, exiccantem vim non leuem ei ineſſe, euidẽter colligi, dixit; poſſeq. illud ideò putredini valenter reſiſtere, vermeſq. necare, ſicuti & Bolus Armena. Ex his autem omnibus, celebratiſſimum eſſe medicamenti genus hoc, quaſi per epilogum, collegit, hunc in modum, fol. 106. Eſt igitur Vnicornu ipſum, inter res in tota natura digniores enumerandum, gemmiſque, auro, & cuicunque alij rei prętioſę ęquiparandum; quod nullus negabit, qui ſciuerit, commune omnium eſſe placitum, res veras, & bonas, perpetuè tales indicari & credi; falſas è contra quàm citò ex bonorum mente cadere. quare cùm ſępè adeò de Vnicornu ipſo ſacræ litterę meminerint, tot adiectis laudibus, fortitudinis, rectitudinis, aliarumque illuſtrium virtutum: cumque etiam alijs in hiſtorijs, tanquam res quędam miranda, commendetur, ſemperque alias, nuncque etiam apud Principes in Theſauris ſuis, tanquam maximi prętij res, recondi ſoluerit: fatendum certè eſt, illius virtutes nullā habere apud homines euidentem quæ reddi poſſit rationem; verum tamen captum omni ex parte fugere; neq. intellectus medio cognoſci poſſe: Namque, ſubdit, ad aſſequendam occultarum virtutum, etiam minimarum in rebus exiſtentium, rationem; hominis ingenium nihil valet; nec ſecus cęcutit, ac viſus eius in Solem directus: Nullus enim auri pulchritudinis incomparabilis, & incorruptibilis, gemmarumque ſplendoris, rationem reddere valet: Nullus item Magnetis ferrum ad ſe trahentis, cauſſam, inuenire potuit: Vnicornu ipſum digito geſtatum, virtutem habere ſupranaturalem, dicit, cuius effectus ratio penitus ignota eſt & obſcura. In his ea propter rebus vni ſtandum eſſe ille voluit experientię; oreq. in terram poſito, vna cum Sancti ſpiritus tuba Diuo Paulo dicere: *Quam magna & incomprehenſibilia Domine ſunt opera, & iudicia tua.* ſapientiſſimos ob hanc cauſſam ſcriptores multos, modeſtię cuiuſdam laudandę fuiſſe, dicit, exiſtimaſſe, ſobriè rerum ſcientiam quęrere.

Vnicornu laudũ epilogus.

Quin-

Digitized by Google

Quinetiam, in multis magni iudicij rebus, & in ſcientijs naturalibus longam experiẽtiam docuiſſe, animaduertit: ſubtiliores rerum inquiſitiones, ignorantiam maiorem, & quandam intellectus confuſionem, produxiſſe; exq́; nimia ſciendi cupiditate, elenchos, hęreſes, & obſcuras ſubtilitates proueniſſe. Hoc idem ſubdit, ipſi Vnicornu euenit, ob cuius famæ eximiam celebritatem, nobiliſſimãq́. animalis illud gerentis naturam, eius cognitio tantopere deſiderata eſt; ſed ob eius raritatem, rariſſimè viſum, & non plenè cognitum, maxima de eo exacta eſt confuſio, alijs alias & diuerſas admodum cõditiones, & proprietates naturales, huic animali tribuentibus. At propter malorum hominum malitiam, cornua verò Vnicornu valdè ſimilia aſturè componentium, maior ſatis euaſit obſcuritas & confuſio. Cœterum talis cornu famę celebritatem haud minui, ſibi perſuaſit Baccius, licet mirandi effectus ſępè non conſpiciantur euidentes; ſufficere nanque credidit, ſemper fuiſſe illud communiter in magna apud gentes commendatione, & in maximo auri pręcio. Pulchritudinem illius, ſplendorêm, ſubſtantię ſinceritatem, tót annorum curriculo ſine macula perſeuerantem, colorisq́; energiam conſeruari. Et hæc ea ſunt quę ad ipſius Vnicornu commendationem diffusè quàm potuit, ſcripſit Baccius; omnibus his quę ab alijs medicis ſparſim, & perfunctoriè ſcripta de eo ſunt, in vnũ, vt opinor, diligenter collectis: quę licet ob viri doctiſſimi in rebus medicis authoritatem multam, obq́ue dicendi elegantiam, & commendatam apud idiotas de cornu hoc opinionem vniuerſalem, adiecta medicorum huius temporis multorum approbatione, ſummę commendationi iuncta; veriſimilia ſatis videantur, multisq́; propterea Medicis, & pręſertim iunioribus, prima fronte poſſint imponere: Vbi tamen attentius paullò ac diligentius conſiderentur, talia, opinor, nõ ſunt, quę à medico veritatem profitenti, & rationali, debeant accipi, & commendari. Reprobanda enim ea eſſe exiſtimo, quę potè rem quandam, quę neq; fuit, neq; eſt, minusq́; eſſe aliquãdo poterit, affirment ac pręlicẽt. Studet rationalis Medicus veritati perpetuò, nihilq; ea repugnante aliquãdo affirmare audet.

Quam cõmẽdationẽ mereãtur, quæ in Vnicornu fauorẽ adducta ſunt.

In medicamentorum ea propter vſu, & commendatione, ſeſe vbiq; ſolertem pręſtare debet, & diligentem; vndiq; proſpicere, ne quid fortaſſe eum incautum corripiat, & in hominum vitę damnum, turpiſſimè erret. Is uerò etiam in his ad commendationem cognoſcendis experientia vtitur, & ratione: vtraq; quidem in his quę a quali-

Rõnalis Medicis ſtudium.

tatibus agunt manifeſtis; ſola experientia in his, quę per occultas agunt proprietates, Galeno magiſtro in lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 10. Medicos illos ſtrenuè redarguēti, qui ſolam ſemper ſequuntur experientiam; quoniam & ipſi vulgarium hominum more, quę vident conſiderantes, rerum euentum mirantur quidem, ſed cauſſam ignorant. Nos verò Vnicornu, utraque probatione carere animaduertimus: ratione in primis, quia ab occulta tantum proprietate, venena euincere dicitur: ſumptam deinde de eo hucuſque experientiam, infidam eſſe, & incertā, ac vanam poſthac à nobis demonſtrabitur manifeſtè. Illius propterea enarratas vires occultas adeò miras, in vſum medicum minime admittendas eſſe dicimus, damnandam immò magnis vocibus, atq; ab arte nobiliſſima eliminandum medicamentum, vt quid inane, impoſturis plenum, nocere nō iuuare aptum enuntiamus: vtque ſenſim in ea eius vſus irrepſit, & conſuetudo inualuit; ſtatim è contra, & ſine mora eijci debere exiſtimamus: ijs etiam maximè damnatis Medicis (ſiqui tamen ſunt) qui vnius auri colligēdi cauſſa, & ad inanem vulgi gloriam captandam, adulatione vtentes turpiſſima, illud prędicant, extollunt, & commendant. Sanè verò longè fidentius id affirmamus, ducés hac eadem in re, & anteſignanos cum habeamus, Andream Marinum Medicum nobiliſſ. in ſua de Vnicornu tractatione, vſque de anno 1566. Venetijs typis excuſſa, & doctiſſ. Paulum Cigalinum in ſuis de Peſtilenti Feb. prælect. euidentiſſimis rationibus medicamēti huius vanitatem demonſtrantibus, multorumq. in eo extollendo doloſam aſtutiam, detegentibus. Etenim, vt experientiam ipſam medicamenti genus hoc minimè commendaſſe, aut confirmaſſe, certiſſima apud eos res eſt: ita & rationem ipſam illud idem maximè damnare, euidentiſſimè demonſtrarunt. Horum ea propter veſtigia nos quoque inſequentes, rem eandem planius, quoad facultas ferret, manifeſtare & euidentius demonſtrare, conabimur. Ab ipſius igitur Vnicornu nomine incipientes, ipſum ad rem hanc manifeſtandam, nullo eſſe auxilio dicimus. Hoc vnum nobis ſignificat, vnicum ſcilicet animalis cornu. At huius animalis eſſentiam, qui quęſiuerit, in obſcuritatem maximam, & difficultatem indiſſolubilem, incidet protinus. quod enim ſit animal illud, tantæ facultatis & efficaciç vnicum gerens cornu, determinare quempiam poſſe, impoſſibile prorſus eſſe, exiſtimamus. Plura ab antiquis ſcriptoribus deſcripta ſunt animalia vnicum cornu gerentia, hoc autem vel illud, mi-

Vnicornu rōne careret, & experientia.

Qui Vnicornu vanitatē demōſtrarūt

Vnicornu nomen qd ſit.

mirandum & efficax adeò cornu gerere, nullus in hanc vſq; diem verè determinauit. At quæq. recipiatur particularis horum animalium ſpecies, cui tantæ virtutis cornu tribuatur, maiorem euadere obſcuritatem, & difficultatem, ſumus demonſtraturi. quinetiam huius ipſiuſmet cornu, formam, colorem, aliasq. externas & internas conditiones, variè adeò à multis deſcribi videre eſt, vt hinc etiam illius certa notitia haberi poſſet nulla. quod plus eſt: decantatas talis cornu admirandas virtutes à nullo probatæ authoritatis ſcriptore, deſcribi; neque antiquorum eorum, qui naturales ſcripſerunt hiſtorias, vel exterarum regionum res peregrinas obſeruarunt, aut medicamentorum vires inquiſiuerunt, quempiam commemoraſſe, fiet à nobis omnibus manifeſtum. quinetiam, factam hucuſque à quouis huius medicamenti experientiam, infidam fuiſſe, & incertam dicimus, minusq. ab ea vires illas adeò excellentes, fuiſſe confirmatas; vt quæ veris ſuis regulis obſeruatis minime facta fuerit. Illud tandem rem hanc obſcuriorem reddere animaduertimus: plerunque. ſ. adulterata cornua, ſiue potius aſturè compoſita a perfidis hominibus lucri cauſſa circumferri, idiotasq; homines decipi; inaniaque multa, & vanitatis plena de Vnicornu iſto prædicari. Sanè verò talia quædam de propoſitis ſibi medicamentis quæſiuiſſe medicum, multum referre, ea de cauſſa Galenus cenſuit, quia adulterata medicamenta, compoſitioni per ignorantiam inijcere, vel neque omninò facultates ipſorum intelligere, medicum frequentius errare, quàm rectè agere facit. His omnibus, ſi rationum tale cornu comprobantium, confutationem adiecerimus euidētem; nihil amplius quod illud damnare poſſit, deſiderare aliquem poſſe, exiſtimamus. Incipiamus igitur a nomine: quis non videt, huius cornu nomen, ſiue latinum ſumatur, ſiue Gręcum, vel Arabicum, aut Italicū, obſcuritatem potius quàm notitiam eius, nobis afferre maximam? Vnicornu, dixerunt latini: quid inde? Plura enim eiusmodi ſint Vnicornua Animalia: huius nominis medio nihil quod particulare ſit aut certum cognoſcimus. Oſtenditur in Principum Theſauris hoc & illud cornu: hoc item, & illud a mercatoribus circumfertur; dicitur eſſe Vnicornu; quid tum? cornu quidem vnū nobis oſtenditur. fuiſſe autem illud in hoc, vel illo animali vnicum, minime docemur. Adiectiuum nomen hoc eſt, pluribus conueniens ſubſtantiuis. Has porrò eaſdem dubitationes habet Gręcum nomen, μονόκερως, quod componitur ex dictione μόνος, vnum ſignificante, & κέρας, *Nominis Vnicornu ſignificatio.*

cornu, quòd ſi quis eius medio particulare animal quoddam vnicũ gerens cornu, Monoceros dictum, ſignificari voluerit: dubitatio ſtatim naſcitur multa, Monocerotis ne, vel Rhinocerotis cornu debeat intelligi; probatæ ſiquidem authoritatis & ſententiæ ſcriptores nonnulli; immò & ſacræ ipſæ litteræ, vtrunque animal eodem nomine promiſcuè appellari, idemq. eſſe enunciarunt. Arabes.n. ſcriptores omnes, nomine, Reem, & Monocerotem, & Rhinocerotem, ſunt interpretati. Munſterus in Lexico trilingui, idem manifeſtè docet. Et Deuteron.cap.33.verba illa: *Primogenitus bouis illius decorem habet, & cornua eius ſunt velut cornua Rhinocerotis* Reem *quibus deturpabit populos vſque ad fines terræ.* Diuus Hieronymus transfert, Rhinocerotis. Septuaginta verò Interpretes, Monocerotis. At Tertullianus in lib. aduerſus Praxeam, Rhinocerotem, nõ vnicum, ſed duplex cornu gerere; alterum in nare, supernè alterum enuntiauit. Albertus verò Magnus in lib. 22. de animal. cap. penul. vtrunque hoc animal pro eodem ſumpſit. quo denique obſcurior, aut in propria magis eſt locutio, ipſi⁹ huius cornu Italico nomine? Alicorno, Lioncorno. quapropter ſi ad clariorem, faciliooremq. rerum cognitionem, impoſita eis fuere nomina: incertiorem ſanè, & planè obſcurum, impoſita huic rei nomina, faciunt. Hinc factum, puto, vt aliqui Heſichij authoritate freti, Monocerotis nomine, nil aliud, præter feram terribilẽ, nobis in genere ſignificari voluerint.

Monoceros, & Rhinocerosidẽ apud quos fuerit.

Nomen ipſum, ſi paruifeceris, & nihil ad rem ipſam facere poſſe, ſi contendere volueris: Rem ipſam attende diligentius, & quodnam animal tantæ virtutis cornu gerat, quęrito, & in maiorem ſtatim incides obſcuritatem. Illud ſua natura Vnicornu eſſe, ſupponunt omnes. Admodum autem plura animalia, vnicum cornu gerentia, cognouerunt, & deſcripſerunt Antiqui Scriptores, Ariſtoteles, Solinus, Strabo, Philes, Ælianus, Suidas, Plinius, Albertus Magnus, & alij multi. Onagrum ſiue Aſinum Indicum, Origem, Equum Indicum, Monocerotem, Rhinocerotem, Bouem Indicum, Taurum Aonium, Vaccas in Zeila, Arietem, & Capreolum. Recentiores & ipſi ſua vſi diligentia, alia Vnicornua Animalia obſeruarunt. Ludouicus nanq; Romanus Patritius, in Vrbe Mecha Arabiæ, in ſeptis clauſtris, duo ſe conſpexiſſe ſcripſit Animalia Vnicornua, miraculi cuiuſdam loco oſtẽtata. Paulus Venetus in Regno Baſman, magnum Cham pro domino agnoſcens, inueniri Vnicornua permulta, teſtatus eſt; ſicuti & in Regnis Niem, & Lambri. Nicolaus

Quid ſit Aĩal Vnicornu.

Vnicũcornu gerentia aĩalia multa.

Venetus

Digitized by Google

Venetus Comes, extremæ Aſiæ prouinciam quandam, Macirum nominat, inter Indiæ Montes & Cathaium, vbi animal naſcitur ſuillo capite, bonis cauda, vnico in fronte cornu, eoq; cubitali; colore & magnitudine Elephantis, quo cum bellum gerit aſſiduò. Aloyſius Cadamuſtus Nauigationis ſuæ cap. 50. regionis cuiuſdã noui Orbis meminit, in qua animal Vnicornu viuum reperitur. In tanto itaq; animalium vnicum cornu gerentium numero diuerſo, quodnam illud ſit, cuius cornu magnificas adeò virtutes poſſidet, determinare rectè prorſus impoſſibile eſſe, ſatis manifeſtum puto. Atq; eò magis, quod horum authorum talia animalia deſcribentium, nullus, Æliano & Pio ſecundo exceptis, venenorum euincendorum facultatem, eorum cornu tribuit. Neq; tamen his duobus fides aliqua videtur hac in re danda, vt qui talem facultatem cum in modum fuerint commemorati, vt ipſimet de re huiuſmodi vel maximè dubitaſſe uiſi fuerint. Pius enim ſecundus in Aſiæ ſuæ cap. 10. cornu animalis eius, quod Paulus Venetus deſcripſerat, nudis omninò verbis atq; adeò frigidè talem facultatem tribuit, nulla in confirmationem adiecta rõne vel authoritate, vt nullam mereatur eius aſſertio, conſiderationem. Namque ſic locutus eſt. *Id cornu veneno medetur ideoq; in honore eſt.* Primum enim Paulus Venetus, qui ex profeſſo tale animal deſcripſit, eiuſmodi ſui cornu facultatis non meminit. Numero deinde Pius eſt vſus ſingulari, & veneno id cornu mederi affirmauit; neq; quod ſit venenum cui medetur, ſignificauit: infinita verò ſunt propemodum venena ipſa, & plæraq; omninò interſe contraria & diuerſa. At Ælianus Aſini Indici hiſtoriam enarrans, eius cornu facultatem aduerſus venena, ex aliorum mente non ſua commemorat; minusq; certam hanc facit opinionem: & quod plus eſt; ſola pocula ex eo cornu cõfecta, quibus potentiores vtebantur ad bibẽdum, talem facultatem poſſidere retulit, eiusmodi vſus oratione: *Silueſtres Aſinos equis magnitudine non inferiores, apud Indos naſci accepi, eosq; reliquo corpore albos, capite verò purpureo, oculisq; nigris eſſe, cornuq; in fronte gerere, cuius ſuperius puniceum, inferius autem album, medium verò nigrum ſit. atq; non omnes quidem Indos, ſe potẽtiores, cùm tanquam armillis quibuſdam brachia ſic cornua auro certis ſpacijs interſtincta, ornarũt, ex his bibere ſolere: Ex hoc cornu bibẽtem, ab inſanabilibus morbis tutum fieri; neq; eum ipſum conuulſionibus corripi, neq; ſacro morbo tentari, neque venenis vllis offendi, ferunt. Quia etiam, ſi quid prius peſtilens*

Vnic. facultas contra venena apud ſcriptores dubia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſtilens biberit, tum id euomere, tumque ad ſanitatem redire. Ecce quantum fidei mereatur, quod ex aliorum mente hunc in modum adduxit, ſcriptor ingenuus? promiſſa verò talia quis dixerit poſſibilia? Poſt Ælianum per tempora decurrentia, nullus huius facultatis amplius meminit, minusq. omnium Ariſt. atque alij antiqui, qui de Onagro ſcripſerūt. Vt propterea ex vniuerſali hac animalis vnicū cornu gerentis eſſentia, nihil quod mirandas illas Vnicornu facultates, doceat, ac confirmet, colligere poſſimus. Siq. particularium vnicum cornu gerentiū animalium ſpecies conſideretur quæque cui vires admodum inſignes tribui debeāt, ex his certè eiſdem proximè adductis argumentis, Aſinum Silueſtrem excludendum eſſe, apparet veriſſimum, quanquam etiam hoc idem impoſſibile prorſus eſſe, paullò infra, ſumus nos demōſtraturi. Fuere ideò qui voluerint, ſolum Monocerotis cornu dictas vires poſſidere: Rhinocerotis alij: alij deſcriptum ab Æliano Equum Indicum, quos omnes vel maximè fuiſſe, hallucinatos, noſtra eſt opinio. Sanè verò Ælianum de equis Indicis vnicum cornu gerentibus hæc in lib. 4. cap. 12. ſcripſiſſe, legenti cuiq; patere poteſt. *Terram Indiam Equos vno cornu praditos procreare ferunt, quorum è cornubus pocula conficiuntur, in qua venenum mortiferum conſectum, ſi quis biberit, nihil graue, quòd cornu repellat malum ipſum, perpetietur:* At eaſdem habet cum Onagro hæc hiſtoria, dubitationes; & eam quidem longè maiorem, quòd ipſius eiuſdem animalis eſſentia, ex aliorum mēte, retulerit hic author. *Terram, inquit, Indiam, equos vno cornu praditos procreare, ferunt.* Accedit Strabonem ipſum in lib. 15. Geographiæ de equis Indicis Vnicornibus ex aliorum pariter mente locutum fuiſſe, nullamque virtutem eorum medicam, commemoraſſe.

Diuerſa de Vnicornu ſcriptorū ſententia.

Qui verò Rhinocerotis cornu decantata miracula facere ſunt opinati, non vnam, arbitror, habent ſuæ opinionis repræhenſionem. Primo enim illud certum eſt quod ante nos recentiores aliqui animaduerterunt; Iulius. ſ. Scaliger, exercitatione aduerſus Cardanum. 205. Andreas Marinus in tractatu de Vnicornu; & doctiſſimus Mercurialis primo ſuorum conſiliorum tomo numero 94. confundi apud ſcriptores antiquos pleroſq; Rhinocerotem cum Monocerote; vnumq; pro altero ſine diſcrimine, accipi; ſæpèq; vtrūq; pro eodem ſupponi; erratum ſanè non minus indecens quàm manifeſtum: ſint ſiquidem inter ſe diſtincta, & ſatis diuerſa duo hæc animalia, Monoceros & Rhinoceros; cognitum vnum; incognitū

Rhinocerotos, & Monoceros plerūq; à ſcriptoribus confunduntur.

alterum

De numero cornuũ Rhinocerotis, non cõueniũt interſe ſcriptores.

alterum, vt clariſſimè proximè ſcripti authores, demonſtrarunt: & nõ minor de numero cornuum Rhinocerotis eſt dubitatio, alijs vnicum, alijs duplex eius cornu ſtatuentibus. Strabo enim lib. 16. ſuæ Geographiæ, vnicum ei tribnit cornu, cùm dicat: *Eius autem quem nos vidmus color, non buxo, ſed elephanti ſimilis erat; magnitudo tauri; forma apro proxima, præſertim quod ad roſtrũ attinet; dempto naſo, qui cornu quoddam eſt, recuruum, omni oſſe durius.* Sic & Plinius, & Solinus, & Aelianus, & Albertus Magnus: Breue huius animalis cornu, cum baſi ſatis ampla, deſcripſerunt, Oppianus, & Gilius multorum qui animal viderant atteſtatione freti, multiſque huius animalis iconibus ad viuum pleriſq; in locis, expreſſis, & impreſſis, edocti. Summa ob hāc cauſſam ratione, ſcriptores aliquos, Albertum Magnum coarguiſſe certum eſt, decem pedum longitudinem, ex menſura à ſe facta, huic cornu tribuentem, & eius à radice diametrum ſeſquipalmarem conſtituentem, cùm ſit hæc, Monocerotis, non Rhinocerotis cornu ab antiquis ſcriptoribus, determinata menſura: Neq. certè eius defenſioni locum al quem dari poſſe video; niſi quis dixerit exiſtimaſſe illum, Monocerotem, & Rhinocerotem vnum & idem eſſe animal. Duo è contra eſſe Rhinocerotis cornua teſtatus eſt Tertullianus in lib. aduerſus Praxeam his verbis: *Non vtiq; Rhinoceros deſtinabatur Vnicornis, nec Minotaurus bicornis:* Eucherij verba hæc apud quendam ſcriptorem leguntur: *Rhinoceros terribilis fera, gemina in naribus cornua geſtas.* Alij non gemina in nare, ſed vnum ibi tantum, quod grandius eſt, aliud ſuperius paruũ admodum & inutile, eſſe dixerunt. Pauſanias in Beoticis ſic locutus eſt; *Rhinoceroti in ſummo naſo cornu ſingulare eſt, & aliud ſupra ipſum non magnum, re ipſa ex iconibus demonſtrata veriſſima:* Vtcunq; autem de horum cornuum numero ſtatuere placeat (quod nunc è re noſtra non eſt) illud certè omni ex parte veriſſimum eſt, cornu huius animalis magnum, in ipſo naſo ſedem habere ſuam, vnde & nominis deriuatio prouenit; ῥὶν enim naſum ſignificat, & τὸ κέρας cornu. Et de animalibus cornu vnicum habentibus, quorum ſpeciem vnam eſſe id cuius cornu tam potenter venena euincere dicitur, ſermonem qui inſtituerunt antiqui ſcriptores, in fronte ſedem illud habere, omnes ad vnum affirmarunt. Neque vtiq; cornu huius animalis vim tantam tributam fuiſſe video; minuſq; quodnam illud ſit planè determinatum. Quanquam etiam talis cornu figura ipſa, illud damnet euidenter, cùm ſit in omnibus

diuerſa

Digitized by Google

diuerſa ab ea quæ tantæ virtutis cornu tribuitur, vt in ſequentibus demonſtrabimus manifeſtè. Certius res hæc declarabitur & manifeſtius ab eo qui conſiderauerit Rhinocerotis ipſius cornu, quod illud ſit, nullam veneni euincendi facultatem, ab antiquis ſcriptoribus qui de Rhinocerote ſcripſerunt, præſertim Græcis traditam fuiſſe. Recẽtiores verò Medici ſcriptores, Rhinocerotis cornu tantam in euincendis venenis vim tribuentes, ab illis antiquis ſcriptoribus decepti ſunt, qui Monocerotẽ & Rhinocerotem, vnum atq; idem animal eſſe, crediderunt; quem eundem in errorem lapſi illi quoq; ſunt, qui hoc ſeculo noſtro Indias perluſtrarunt. Ad Monocerotem itaq, tanquam ad ſacram anchoram, omnes ferè illos confugiſſe videre eſt, qui talis cornu dotes tantas, & tam miras prædicarunt. Hos profectò id liberè adeò affirmaſſe, mirari ipſe non deſino. Feram quandam incognitam & peregrinam valdè, aperto ore enuntiarũt: quæ igitur illius cornu haberi potuit, poteſtue notitia?

Rhinocerotis cornu nullã apud antiquos habet cõtra venena facultatem.

Non conueniunt adhæc inter ſe de regione in qua naſcitur animal huiuſmodi. Diuerſi illi ij dem ſunt in eius ſpecie conſtituenda: Diſcordant in ipſo deſcribendo animali; magis magiſq; in tradendis eius cornu conditionibus & forma. Vim tantam aduerſus venena hęc quòd habeat, neque authoritate, neque ratione, aut experiẽtia docere hucuſq; potuerunt. Et quæ in Regum ac Principum theſauris vſq; ad hęc tempora conſeruata ſunt cornua, excelſo Vnicornu nomine inſignita; nullam ea ferè cum antiqua Vnicornu deſcriptione, habent conuenientiam; quæ etiam inter ſe, & forma & conditionibus multis diuerſiſſima ſunt, & quod caput eſt, venenorum euincendorum facultate carent omni. Non habet etiam hoc argumentum (quod quod illud ſit) prętermittere; Imperantibus ſcilicet Romanis, dum publica illi celebrarent ſpectacula, in dedicatione præcipuè Amphiteatri Diocletiani, quo tempore ex quacunq; remotiſſima regione, magnus animalium peregrinorum, & ferarum numerus, Romæ adductus eſt, Monoceros autẽ non fuit adductus. Maius quidam fuiſſe exiſtimarunt nonnulli, quòd Gordiani temporibus, cum de Perſis triumphum ſumere ille decreuiſſet, & annũ ab Vrbe condita milleſimum celebrare conſtituiſſet, Elephantos, Alces, Tigres, Leones, Leopardos, Hienas, Camelopardos, Onagros, Equos Indicos, aliaſq; diuerſi generis feras plæraſq; adduci iuſſit, inter quas non fuit Monoceros, in eiſdem regionibus cũ alijs viuens; cuius animalis inſignes, excellenteſq; conditiones, Imperatoris

Diuerſitas in Monocerote.

Monoceros aĩal neque a Romanis Impatoribus, neq; a Regib. Hiſpanis obſeruatum.

ratoris animum ad illud acquirendum, incitare debuiſſent; cum prę ſertim eo etiam tempore, de tali animali vulgaris eſſet apud gentes ſermo. Si quis dixerit non poſſe hoc animal viuum capi, vt aliqui affirmarunt, mortuum ſaltem vt in triumphum adduceretur, & feſtiuitatis qualitas, & excelſus Imperatoris animus, & magnitudo illa Romana, poſtulabant. Atque ideo nō adducto eo nec viuo nec mortuo in triumphis illis, coniectura firma eſt, neque tunc tale animal in rerum natura fuiſſe, & quæ de eo narrabantur fabulas fuiſſe. Auget illud coniecturæ huius certitudinem vel maximè, quod in Hiſpanorum manibus, qui totum ferè orbem terrarum, & præcipuè Americam, perluſtrarunt, neq. viuum, neq. mortuum peruenit in hanc vſque diem animal huiuſmodi; quod ſi inueniretur, impoſſibile ferè fuiſſet, quin de eo notitiam habuiſſent aliquam, qui tot taliaq. etiam leuis momenti peregrina, in exteris regionibus cognouerunt, adſeruarunt, & in propriam regionem, in vniuerſam immò fere Europam aſportarunt. Addamus nos, quæcunque ad vitæ humanæ vſum inuenta alias ſunt, quocunque tempore inuenta ſint, tametſi peregrina, & in remotiſſimis Regionibus exiſtentia, inuentu difficillima, rariſſima obſcuriſſima: ea omnia, temporis tractu, ex longo vſu & experientia, propterq. accuratam hominum diligentiam facta fuiſſe manifeſta, eorumq. præſtantia, bonitate, & vtilitate, cognitis, perſeuerantem deinde vſum obtinuiſſe, obliuioniq́; nunquam tradita fuiſſe, quorum aliqua licèt ab initio difficultatem habuerint aliquam, re tamen à peritis iuris in conſilium ducta, veritas patefacta aliquando eſt, eorumq́; vſus poſtea ſemper perſeuerauit. Hęc quæ dicimus omnia, Balſami ipſius exemplum inter quā plurima, demōſtrat manifeſtè. Hoc certè ipſius Monocerotis Vnicornu, immò etiam ipſimet animali non euenit, cuius cognitio non obſcurior tantum hoc tempore eſt, ſed pęnitus nulla. Tot itaq; ac tantis euidentiſſimis rationibus & coniecturis, decantati Vnicornu authoritatem prorſus adimi, virium eius nullitatem patefieri, inaniſſimam vanitatem illud eſſe, manifeſtari, res eſt noſtra opinione omni ex parte certiſſima. Talia ea propter & tanta de eo prædicantes homines, ſomniare, eadem credentes delirare, vel in auri & vitę multorum damnum imprudentiſſimè à perſuadētibus decipi, quēque fateri conuenit. Demonſtremus quæſo vniuſcuiuſq; adducti argumenti veritatem, reſq; demonſtrationem habebit certiorem.

Monoceros res incognita fera.

Incognitam feram eſſe Monocerotem, ob eam cauſſam exiſtima-

rũt aliqui, quia ſit peregrina adeò & toto ferè à nobis orbe diuiſa, nullo unquam tempore in Europam adducta, ab Europœis ſcriptoribus, iuxtà ea quæ audierant, nunquam uiderant, diuerſiſſimè deſcripta. Maiorem hoc argumenti genus habet fidem, quod eas regiones, in quib⁹ animal huiuſmodi naſci & viuere dicitur, qui perluſtrarunt, Paulus Venetus, & Ludouicus Romanus, in animalis conditionibus referẽdis, ſunt inter ſe maximè diuerſi, & in multis contrarij. Ideoque quicquid de Monocerote ipſo ab antiquis quibuſdam ſcriptoribus, nobis relatum eſt, de auditu tantum, atque ab alijs accepta voce, non de viſu, & propria ſcientia relatum fuiſſe veriſſimè nõnulli, colligere potuerunt. Habent tamen aduerſarij, qđ huic argumento reſpondeat, ſuisq. propterea verſutijs illud infringere conantur, vnusq. inter eos Baccius in prima parte ſuę tractat. fol. 52. Concedit quidem ille etiam ſine contentione incognitam feram eſſe Monocerotem: ſed hinc ex neceſſitate ſequi, negat, cornu eius nõ eſſe; cùm res quamplurimæ ex regionibus remotiſſimis, in locis natæ inhabitatis, ſpeciei rariſſimę, & cognitionis valdè obſcurę, ad nos quotidie afferantur, vſu ipſo factę notiſſimę, licet eorum adhuc nõ ſit, patefactum principium. Hunc in numerum, Aromata, Rhabarbarum, Lignum Aloes, Ambracanem, Ambramque coronariam, reponit: quorum quidem notitiam, eorum vſus medio nos aſſecutos fuiſſe dicit, principium tamen ignorare. In Ponto ne, an in Oriẽte naſcatur Rhabarbarum, adhuc ignotum eſſe affirmat; & quę planta illud producat, ignotiſſimum. Sic & ligni Aloes in locis inacceſſibilibus naſcentis Plantam, nunc etiam incognitã eſſe ſupponit, ſolius Gangis, & Indi fluminum inundatione media, portionem eius aliquam inueniri affirmans: quid ſit Ambracanus, neminem verè ſcire exiſtimat; varias propterea & diuerſas de re huiuſmodi eſſe ſcriptorum ſententias; volentibus alijs, quòd in fontibus Arabię naſcatur, fungi inſtar: alijs, bituminis ſpeciem quandam eam eſſe affirmantibus: atque alijs magni piſcis cuiuſdam excrementum eſſe exiſtimãtibus: deuorato ſcilicet ab eo piſce vnius cuiuſdam plantæ fructu, qui in eius ventre apoſtema generat: eiectoq. exremẽto tali, vel vndis ipſis ſupernatãte eſſeq. volunt hoc melius: vel ab ipſo eodem piſce excreto, quod dicunt eſſe utilius: vel mortuo piſce, & à mari reiecto, eius uentre reſciſſo, ſcinditur apoſtema, exitq. Ambra partim nigra, partim griſia. Ambram pariter coronariam ab antiquis ſine dubio cognitã, in littoribus Germani-

manici maris naſcentem, vſque Plinij temporibus, obſcuram habuiſſe ſui ortus notitiam, dicit. Dubitari ad hæc nunc etiam, an ſit bituminis genus quoddam ſiue ſpecies, ex ſucco cōcreto coralli inſtar, congelatum: ſiue potius alicuius arboris in ſiluis Septentrionalibus & deſertis, naſcentis, ex ſe decidēs, per flumina ad mare traductum, vndarumq. medio ad littora eiectum. Ex quibus adductis exemplis, concludit vir ille doctus, quòd ſicuti res iſtas eſſe certum eſt, licèt earum ortus & principium ignoretur: ita negari non poſſe cornu Monocerotis eſſe; tametſi animal ipſum non cognoſcatur. Sanè verò neq; ſpecioſum argumenti genus hoc eſt, neq; verum; futilè immò, inane, & omni ex parte vitioſum. Demus rerum enarratarum originem ignorari prorſus; res ipſæ tamen ſuæque partes omnes factæ ſunt notiſſimę, eſſeq. eas in rerum natura, dubitare amplius quiſpiam non poteſt. Iam multis ſeculis in hominum verſantur manibus notiſſimæ, vſuq. longiſſimo, earum facultas eſt confirmata. At Monocerotis ſuiq. cornu, vnà atq; eadem eſt dubitatio, obſcuritas & ignorantia. Multis multiſq. rebus ſine ſuę originis cognitione vtitur ars medica: neq. de tali earum origine cognoſcenda ſolliciti ſunt Medici: ſufficiat eis quandoquidem, rerum quibus vtuntur, conditiones, vires, & alias proprietates, probè, planeq. nouiſſe. At Monocerotis cornu cognitionem aliquam, quę uera ſit, habere hucuſque potuit nullus. Similitudinem pręterea dictorum medicamentorum cum ipſo Monocerote factam conſideremus diligēter, nihilq. inter hæc aut commune, aut ſimile eſſe, inueniemus. Medicamenta ſanè illa, certam, vt diximus, habent eſſentiam, quia quòd ſint, dubitat nemo: & omnes ea probè cognoſcunt. Monocerotis cornu, ſi nolueris incognitum eſſe prorſus, maximam ſaltem habere an ſit, dubitationem, negare haud poteris. Animal quod illud gerit, Monoceros dictum, minimè in rerum natura eſſe, multi affirmant; omnes verò ad vnum de eo dubij ſunt, neque quiſpiam hucuſq. de eodem certi aliquid pronuntiare auſus eſt. At medicamentorum illorum originem cognitionis & inuentionis, determinatè uereq. iamdiu pleriq. conſtituerunt, reſq. hæc eſt in re medica, ab omnibus receptiſſima. Apud eos (multi autem ſunt) qui medicamentorum hiſtorias diligentiſſimè conſcripſerunt, antiquos, & recētiores, ſatis manifeſtum hoc eſt, neq. propterea in eo demonſtrando fruſtrà tempus contero. Nunc reliqua proſequamur, & nō conuenire in propria Monocerotis regione antiquos & recētiores ſcri- *Monocerotis Regio diuerſa apud ſcriptores*

ſcriptores, doceamus. Brachmanes eius fuiſſe opinionis ſcripſit Aelianus in lib. 2. cap. 3. naſci Monocerotem in montibus, qui dicitur eſſe in intimis Indiæ regionibus, apud quos difficulter itur, vbi bruta noſtra domeſtica, feras aiunt eſſe, oues nimirum, capras, boues, & alia id genus. Videre tamen eſt, non aſſeueranter locutum fuiſſe Aelianum, ſed ex Brachmanorum ſententia, ab antiquorum nemine confirmata, neq. poſthac aliquando declarata vt vera. Solam Indiam nullius eius particularis loci adiectione, Monocerotem alere, author eſt Plinius in lib. 8. cap. 21. vniuerſalius locutus eſt Philes, deſertiſſimas regiones habitare animal huiuſmodi, & ſolitariũ errare, aſſerens. Eundem vniuerſalis ſermonis ſenſum habent Iſidori in lib. 12. Ethimol. cap. 2. verba hęc: *In excelſis montibus, vaſtisq́ ſolitudinibus moratur*: In regione quadam noui Orbis, huius animalis natale conſtitui. Aloyſius Cadamuſtus: quam eſſe exiſtimauit Nicolaus Monardes in lib. 1. de Aromat. Hiſt. cap. 14. inter Promontorium Bonę ſpei, & promontorium vulgò, de currentes nuncupatum, quod tamen ab alijs ſe accepiſſe teſtatus eſt. Dices, arbitror, horum ſcriptorum maiorem partem in hoc conuenire, ꝙ ſit India, huius animalis regio, remota à nobis admodum, & à conſuetudine noſtrarum rerum mirificè differens. Animaduertas tamen conuenit Indię nomine æquè vocare Hiſpanos, & Americam & Mexicum, & Sinas, & Malacam, & Braſiliam, regiones certè & ſitu, & forma latiſſimè diſſidentes. Minus certè conueniunt, in huius eiuſdem animalis ſpecie definienda, quam determinatè eos definiuiſſe tantum abeſt, ut potius monſtrum quoddam, ex diuerſis diuerſorum animalium partibus compoſitum delineauerint. Corpus eius equo ſimile eſſe non multi voluerunt, ceruinum caput, pedes Elephanticos, apri caudam, iubam fermè Berſalinam, & Leoninam ei tribuentes. Eſt ne hæc animalis huius ſpecies certa? Profectò ſi partium harum omnium, tanta conſideretur diuerſitas, ijs ſimul in unum iunctis, poetica potius finctio quędam, dicenda eſt hæc compoſitio. Quod ſi in hoc eodem argumenti genere pauliſper adhuc morari libuerit, hancq. animalis ſpeciem paullò etiam diligentius conſiderare, in ipſo Monocerote deſcribendo, vel maxime diſcordes fuiſſe ſcriptores antiquos, apparebit manifeſtius. corpus eius equo ſimile eſſe dixerunt Plinius, Aelianus, & Solinus, nõ quidem in partium corporis conſtructione (ſunt enim illę maxime diuerſę) vt ego opinor; ſed in magnitudine. Non enim ſine tali corporis

Monocerotis ſpẽs diuerſimodè definitur à ſcriptoribus.

Monoceros diuerſimodè deſcribitur ab antiq.

Digitized by Google

poris magnitudine tantam habere poſſet ferocitatem, roburq. tan tum ferociſſimum nanq; animal id eſſe, omnes vno ore affirmant, atque adeò, ut uiuum minime capi illud poſſe ſcripſerit Solinus cap.65. ſui Polyſt. & Varinus indomitam homini feram illud idē eſſe, dixit. ferrumq. non timere; hoc animal teſtatus eſt Iſidorus; ideoq. M. Polus, minorem Elephātica ſtaturam illi tribuit: quid? quod hanc ferocitatem ab eo ſuſtulit Vartomanus, & paru um eſſe animal magnitudinis tātum hœdi, ſcriptum fuiſſe legimus. Caput Ceruinum ei tribuerunt Plinius, & Solinus: aprinum M. Polus. Apri caudæ ſimilem eius caudam fecerunt Plinius, Ælianus, & Philes. Suillam Solinus. Suillum quidem vtrumq. hoc animal eſt; differentem tamen ꝙ habeāt caudam, neminem, arbitror, latet. Pedes Elephanticos ꝙ habeat, affirmarunt Plinius, Ælianus, Solinus, & M. Polus. Sed fermè caprinos in vrbe Arabiæ dicta Mecha, ſe vidiſſe teſtatus eſt Ludouicus Romanus. Inarticulatos eos eſſe affirmauit Philes. Anteriores verò bifidas vngulas habere ſcripſit Romanus: Quòd ſi, ut hic idem retulit, tibias habet tenues, eaſdemq. admodum graciles hinuli modo; pedes elephāticos, qui magni valde ſunt, ꝙ habeat hoc animal, haud videtur credendum: Atque eo magis ꝙ ſui corporis proportione, crura illud habere breuia, cōqueſtus ſit Iſidorus. Iuba & pilis fuluis, præditum id fecerūt Aelianus, Philes, & Plinius. Bufalinos, qui obſcuriores ſunt, eſſe dixit M. Polus. Vartomanus Iubam equinā, coloris flaui, eſſe affirmauit. Equi muſtellini colorem adnotauit Romanus. Os Leoninum illi tribuerunt Philes, & Plinius, qui & mugitum grauem illud edere dixerūt; horrendum Solinus: vocem contētam magis quàm alia animalia, & abſonam, Aelianus. Ab his autem omnibus diuerſus Albertus Magnus, Monocerotis, & Rhinocerotis corporis ſtructuram, omninò ſimilem eſſe, contendit. Atq. vt in animali iſto deſcribēdo tanopere diuerſi hi fuerunt: ita è contra in hoc vno concordes fuere omnes, vnicum in fronte cornu illud habere; in cuius poſtmodum, forma, colore, magnitudine, aliiſq; conditionibus deſcribendis, ſic diuerſi ſunt, ut confuſionem in legentium animis excitauerint maximam, nihil certi docuerint, ipſique à ſeipſis, rei huius uanitatem, apertiſſimè demonſtrauerint. Plinius duorum cubitorum longitudinem, cornu hoc habere, dixit: Hanc ad pedum quatuor mēſuram, accedere Solinus ſcripſit. Duos palmos poſuit Monardes: & Ludouicus Romanus, grādiori ſuo Monoceroti, cornu longitudinis triū

Cornu Monocerotis diuerſimodè deſcriptum eſt ab antiquis.

cubi-

cubitorum, minori quatuor palmorum tribuit: cubitalem hãc longitudinem conſtituit Aeneas Siluius. Huius eiuſdem cornu craſſitudinis (Paulo Veneto excepto, qui craſſum illud eſſe ſimpliciter dixit) nullus ferè meminit apertè; ob id fortaſſe, quòd de re ſibi ſatis ignota, ſcribere aggreſſi ſint. Nigrum totum eſſe cornu hoc affirmauit Plinius. Mucronem eius excepit, quod minime nigrum eſſe dixit. Solinus è contra, ſplẽdorem mirificum illud habere, enunciauit. Vartomanus referente Iulio Cęſare Scaligero Exercit. aduerſ. Card. 205. cornu Monocerotis ſuffuluum, ſe vidiſſe teſtatus eſt. Subluteum alterum accedens maximè ad buxeum; & aliud ſubpuniceum: ipſe verò Scaliger fruſtum eius candidum quòd haberet gloriatus eſt. Braſauolus ſubnigrum eſse dixit, vel ſubcineritium. Huius eiuſdem cornu Mucronẽ, omnes & ſinguli acutiſſimum eſse dixerunt. Totum autem ipſum, nõ cauum, nõ leue, nec planum, & ęquabile, ſed ferrea lima aſperius eſse, nõ recuruum, ſed plane rectum, in multas ſpiras reuolutum, cõſtituit Philes. Verſuras quaſdam naturales illud habere, ſcripſit Aelianus. Firmiſſimum eſse in animalis fronte cornu hoc, cuius medio ſtrenuiſſimè etiam contra Leones, & Elephãtos pugnat, omnes quidem teſtati ſunt; atq; hãc huius cornu fortitudinem, eiuſmodi eſse ſcripſit Solinus, ut quicquid mucrone acuto imperat, facili eius ictu perforatur. At deſcriptum à Monarde cornu, mobile eſt, nuncq. in dextram, nunc in ſiniſtram obuertebatur, modo attollebatur, modo dimittebatur. In tanta igitur nominis huius animalis, ſpeciei, eſsentiæ, eiusq. cornu diuerſitate, ac obſcuritate; quis quæſo certi quidpiam de eis affirmare audebit? quis in ſumma neceſſitate, & maxima veneni aſsumpti anguſtia, victoriæ ſpem, & certitudinem ex talis cornu oblatione, ſibi promittet? *Medicamentorum modos, dicebat Hippocrates in lib. 2. Epidem. nouimus, quibus ſingula quæque fiunt: non enim eodem modo cuncta, ſed aliter alia ritè componuntur. Nam quædam celerius, quędam tardius colliguntur: paranturvè etiam aliter alia, velut ſiccantur, tunduntur, coquuntur, & id genus alia, donec plurima plus minuant, & ſingula ſingulis accommodent. Præterea quibus in morbis, morbi ætate, valetudinis ſpecie, victus qualitate, anni tempore, conuenienter exhibeantur: & id genus reliqua.* quam Hippocratis doctrinam verus commentator Galenus in lib. de Theriaca, ad Piſonem. cap. 4. hunc in modum explicauit: *Per hæc itaque, vt videas ſummam, nos inſtituit, monetq. vt medicinarum naturam intelligamus &c.* quo itaq. medio cornu huius naturam intelligemus, tot tantisq. ad eius cognitionem vel maximè facientibus igno-

Digitized by Google

ignoratis? Hoc non admiſit Baccius contendens in fol. primæ partis 54. confuſam cognitionem, regionis, nominis, eſſentiæ, ſpeciei, & cornu dicti animalis, minimè prohibere potuiſſe, quin vires, & facultates, & admirãdæ talis medicamenti proprietates, potuerint cognoſci. Multa enim, ſuo iudicio, in initio ab authoribus etiam incognitis proponuntur ſatis confuſè; quæ tamen tempore procedente, cognoſcuntur certius & manifeſtius: quapropter, inquit, etſi de Vnicornu ipſo confuſam ſatis tradiderunt primi ſcriptores notitiã: iam tãdem tamen, de eodem planè refertas eſſe hiſtorias conſtat. Perſeuerauit, ſubdit, diu ſatis, obſcura eius cognitio, tum quia tale cornu gerens animal in remotiſſimis viuit regionibus, noſtris in locis nunquam viſum: tum etiam quoniam ijſdem in regionibus vbi naſcitur & viuit, rariſſimum ſua natura eſt, & rariſſimè conſpicitur, cùm in ſolitudinibus viuat, & loca omninò deſerta attingat. Atq; ex naturæ ipſius inſtituto id euenire affirmauit, vt in rebus his admirandis, & tantæ virtutis, non abundet, neq; in ſpecie, neq; in indiuiduis. Admiranda fuiſſe Dei Optimi Maximi opera multa, quæ voluit eſſe rariſſima, dicit, qualia ſunt gemmarum ſpecies multæ, & animalia nonulla: Fenix exempli gratia, de qua ſcriptum legitur ſemel tãtum viſam eam fuiſſe inter Arabiam & Ægyptum Coſs. Q. Plautio, & Sexto Papinio; Plantarum item, vt Balſami, naſcentis in ſolo ſpacio ſtadiorum quadraginta inter Syriam Paleſtinam, & Ægyptum, non alibi. Idem hoc de Vnicornu ipſa Deum ſtatuiſſe, ille voluit, nimirum, vt inter res ipſas naturales eſſet rariſſimum, ex quo pariter maximas eius virtutes, colligi debere, affirmauit. Hoc Dei inſtitutum, ſua opinione, ſecutum animal iſtud ſolitariè ſua natura viuit, loca petit deſerta, & habitationes fugit, qua de cauſa difficillimum eſt eius cornu habere; licetq; id aliquando, ſi fortè mortuo animali ipſo decidat cornu, ex fluminum impetu eueniat, vt ad litus aliquod tranſportetur. Hanc eãdem ob raritatem huius animalis, eueniſſe voluit, vt ipſi etiam earum regionum habitatores in quibus illud naſcitur, pauca de eo rectè ſcribere potuerint; Sed talis cornu effectus obſeruantes, eosq; per multorum annorum curriculo ſæpiſſimè admodum iteratos, & à Principibus illis ad quorũ manus illud perueniebat, confirmatos, per orbem vniuerſum paulatim fama peruenit, & tãdem probè cognitum fuit medicamentũ. Primi, inquit, idem Baccius, qui de animali iſto eiusq. cornu, ſcripſerunt, fuere Caldęi ipſi, qui etiam primi ſcientias inuenerunt, & In-

diæ

diæ propinqui erant ac contermini, vocaruntq; illud Remena. Poſt Caldęos ſecuti ſunt Hebręi, qui animal hoc idē, Remim, & Reem appellarunt. Qui deinde primi hiſtorias ſcripſerunt, eiuſdem memi nerunt, quos fabulas ſcripſiſſe, nulla ex parte veriſimile eſſe, exiſtimauit. Progreſſu ſiquidem temporis, re huiuſmodi cognita vera, clarior illius apud ſcriptores facta eſt declaratio, vſque ad Ariſtotelem ipſum, qui admirabili iudicio, incomparabiliq; ſolertia, animalium hiſtoriam cùm ſcripſerit, aliquorumq; in India naſcentiũ præcipuè, de quibus Alexandri Magni auxilio medio, plenè edoctus; ratio omnis ſuadet, eum de ipſo Vnicornu niſi veram ſcripſiſſe hiſtoriam, quod de Minotauro, & Centauris non fecit, fabulas hæc exiſtimans vanas. Ariſtotelem, addit, ſecuti ſunt nobiles ſcriptores plæriq. ; qui idem, vt ille, plenam huius animalis notitiam non habētes, ſolas ſpecies attigerunt. Poſtea verò diſtinctius de eo ſcripſit Plinius. Et licèt inter antiquiores ipſos ſcriptores in hoc animali deſcribendo differentia extiterit aliqua: rei tamen incertitudinem aut falſitatem, inde colligi haud poſſe exiſtimat; quia ſcilicet neceſſe fuerit, poſteriores ſcriptores in aliquibus eſſe ab alijs varios; non quidem vt prioribus aduerſarentur; ſed quoniam particu larem magis, & magis diſtinctam habuerunt rei notitiam, cùm fue rint de ea planius edocti, & verius; quapropter & plenius ſcribere potuerunt, & abſolutè magis. Cæterum, quod ad ipſos eoſdem po ſteriores ſcriptores attinet, diuerſitatis inter ipſos, in re hac enarran da exiſtentis, cauſſam fuiſſe potiſſimam dicit, varia hominum iudicia, & varium loquendi modum; quæ tamen omnia diligentius cõſi derata, in vnum, & idem tendunt, & vnam rei veritatem monſtrãt. At quòd in animali ipſo deſcribēdo diuerſi fuerunt cauſſam fuiſſe credidit, quia animalis vnicum cornu gerentis plures ſpecies, cùm deſcripſerint, Ariſtoteles, Ælianusq. vnius alter, alterius alius, rationem habuit. Idem immò author, ſubdit, diuerſis in locis diuerſas enumerauit ſpecies, nec tamen fuit mendax. Atq. ideò ſi rectè omnia diſtinguãtur, ęquiuocatioq. diligenter euitetur, veridici omnes ſcriptores, ſua opinione, inuenientur. Deſcriptaq. a M. Polo, Barthema, & Cadamuſto diuerſimodè animalia Vnicornua, in vnum poſse adduci, affirmauit. Atq. eò magis, quoniam vnius eiuſdemq. ſpeciei indiuidua animalia, inter ſe quadãtenus differre ſolent, ſæpiſſimè, vel ob loci varietatem, vel propter paſcua ipſa, aerem, vel ætatem, quorum medio, totius corporis colorem, pilos, & formam

ipſam

Digitized by Google

ipſam quoq. aliqua ex parte mutare ſolent. Hac de cauſa diuerſitatem aliquam in ipſo cornu accidere poſse, animaduertit, quia nimirum citius, tardiusve erumpat, & dum creſcit, non vno varietur modo. Et propterea admiratione carere ſibi eſt perſuaſus, Vnicornuum cornua in Principum Theſauris adſeruata, aliquam inter ſe habere diuerſitatem; & eò magis, quoniam eorum aliquibus ex arte, externa aliqua accidiſse potuerint; limatis alijs, & perpolitis, alijs in ſuo naturali ſtatu relictis; ruptis alijs; & alijs, aliquē alium in modum aptatis. Hunc itaq. in modum eſt ratiocinatus Baccius neq. contemnenda omnino eſt, aut paruipendenda ratiocinatio huiuſmodi, quæ potè veriſimilitudinem maximam prima fronte præſe ferat. A nobis tamen paullò diligētius introſpecta, in idem cum proxime confutato argumēto redire, viſa eſt; & quædam potius noſtra opinione, principij petitio dicenda. Sanè quidem verius vero eſse fateri quemq. conuenit, multa ab initio confusè cognita, vel etiam prorſus ignota, proceſſu temporis, hominum præſertim accedente ſingulari diligētia, fuiſſe tandem cognita. Veriſſimum etiam eſt, hiſtoriographos pleroſq. ſuis in hiſtorijs Vnicornu memoriam ſępius inſeruiſſe. Concedendum quoq. eſt, etiam ſine contentione, Monocerotem eſſe animal rariſſimum, in locis deſertiſſimis naſci & viuere, inq. noſtris regionibus nunquam cōſpectum fuiſſe: quin etiam, Dei Opt. Max. opera multa admiranda eſſe rariſſima; ſiquis negaret, impius omninò eſſet, & infidelis. Neq. etiam minus verū eſt, talium rerum effectus penè admirabiles, probè, planeq. iampridem ab hominibus fuiſſe cognitos, quemadmodum & multa alia ab initio confusè, & non perfectè cognita fuere. Sed de Monocerote eiusq. cornu vnico neminem pro veritate id affirmare poſſe certi ſumus, quod potè nullam adhuc vere cognitionis lucem habere potuerit. Gemmæ ipſę rariſſimæ quidem ſunt, in intimis terrę penetralibus mirabiliter genitæ, ſuęq. generationis initium habētes obſcuriſſimum: cognoſcuntur tamen ab hominibus probè, & de illis ſcriptores eruditiſſimi cum antiqui tum recentiores, libros integros ſcripſerunt. Balſami pariter planta, eiusq. fructus, temporibus quibuſdam, obſcuram habuerūt notitiam; palam tandem in Aegypto fuit obſeruata planta, & de ea poſtmodum ſcriptores plerique illuſtres, abundè ſatis, & manifeſtè ſcripſerunt, nouis & antiquis temporibus; deq. eius eſſentia, & conditionibus alijs omnibus, nulla tandem relicta eſt controuerſia. Sed Monoceros animal vna cū

Digitized by Google

eius cornu, nullam, ut diximus, in hanc vſq; diem, verę cognitionis lucem habere potuit. Caldęos primos; Hebręos deinde, & ſucceſſiue alios vſque ad Ariſtotelis tempora de hoc animali ſcripſiſſe, aduerſarijs, ſi conceſſerimus; nihil certè ex hoc ſuæ opinioni accedet veritatis lucis: quandoquidem, vt proximè antea adnotauimus, voces iſtas, Remena, & Reem, de quocunque animali vnicum cornu gerente, vti ſoluiſſe Arabes ſcriptores, & Monocerotem, cum Rhinocerote vbiq. confudiſſe, certa res ſit. Siq. Origem, & Onagrum, ſiue Aſinum Indicum, quibus pariter vnicum cornu tribuit Ariſtot. lib. 3. de partib. animal. cap. 2. exceperis, nihil amplius apud eum de animalibus quadrupedibus vnicum cornu gerentibus, reperies. Poteſt autem hoc idem argumenti genus, in ipſum Baccium retorqueri. Nam ſi India Monocerotem cum cornu tantæ efficaciæ habet; cùm ſcripſerit Ariſt. de alijs duobus animalibus vnicum cornu gerentibus in India pariter viuentibus: de eodem certe tanq̃ eminentiſſimo ſcripſiſſet; qui potè diligentiſſimus & Alexandri fauoribus adiutus, nihil quod in his partibus viueret, prętermiſit: qui ſi tanti momenti animal prętermiſiſſet, turpiter ſanè erraſſet, & oſcitantia damnandus eſſet maxima. Neq. quidem verum eſt, poſt Ariſtot. ipſum, quempiam de hoc animali diſtinctè ſcripſiſſe, quemadmodũ quæ ante hæc à nobis ſcripta ſunt, aperte demonſtrant. Aſſerere deinde Plinium ipſum, diſtinctius multò de Monocerote ſcripſiſſe, res eſt, mea opinione, ſatis inſulſa; longe quandoquidem pauciora de eo ſcripſerit, ac fecerint Aelianus, & Philes. quod verò attinet ad diuerſitatem inter ſcriptores tam antiquos q̃ recentiores, in hoc animali deſcribendo, nulla certè illa eſſet & ab omnibus paruipendenda, ſi poſsent illi aliquo modo inter ſe conciliari, & in vnum eundemque ſenſum eorum ſcripta reduci, ita vt his inter ſe conciliatis (quod alioqui omninò impoſſibile eſse planiſſimè conſtat) conſtans, firma, & clara eſset Monocerotis eiusq. cornu notitia. Patet autem ecõtra manifeſte, talium ſcriptorum diuerſitatem, obſcuriſſimam hanc effeciſse cognitionem. Et de impoſſibilitate conciliãdorum inter ſe particularium cornuum in theſauris Principum reconditorum, conditionum, & formarum diuerſarum, tunc à nobis ſermo fiet, cùm de his omnibus & ſingulis particularem poſtea habebimus ſermonem. Vana igitur & plane irrita eſt aduerſus, noſtram poſitionem Baccij argumentatio. Vtcunque autem ſit, dariq. hoc animal vnà cum eius cornu vnico, fateri ſi cogamur, vel etiam id eis

luben-

Iubenter concedere alicui placuerit, vim eam venenorum omnium euincendorum, cornu illud quòd habeat, neq. rationis, neq. authoritatis, minusq. experiētiæ medio, doceri poſſe, liberè affirmamus. Accedat in primis magnorum & quidem antiquorum ſcriptorum authoritas, quæ certè in rebus iſtis obſcuriſſimis magni omnino facienda eſt, quam & Galenus ipſe pro ſua defendēda ſententia quęq. adducere poſſe declarauit primo in lib. Hipp. de rat. vict. in acutis com. 16. Profectò hac in re nullam ipſe inuenio antiquorum ſcriptorum authoritatem, quæ Monocerotis cornu vim huiuſmodi aliquam ne minimam quidē habere, teſtatus ſit, ſiue externe illud corpori admoueatur, ſiue internè exhibeatur. Legat qui voluerit etiam diligenter & attentè Plinium, Aelianum, Solinum, Philetem, qui ſoli ex antiquioribus de Monocerote, eiusq. cornu ſcripſerunt, eorumq. neminem, ne quidem per ſomnium, talis huius cornu facultatis, meminiſſe, inueniet. Quinetiam, ex recentioribus, Ludouicus Romanus, & Paulus Venetus, quos & animal, & cornu hoc diligentiſſimè deſcripſiſſe, ſuisq. oculis conſpexiſſe, plerique contendunt, ne verbum quidem huius virtutis habuerunt. Eſt quidem verum Onagri, ſiue Indici Aſini cornu Aelianum lib. 5. cap. 22. vim quandam aduerſus venena habere, ſcripſiſſe; quem eſt ſecutus Philoſtratus in vitæ Apollonij Tyanei lib. 3. Sed præterquam ꝙ neq. Ariſt. neq. Solinus, Strabo, Albertusq. Magnus de hoc animali eiusq. cornu ſcribentes, virtutis huiuſmodi meminerunt: ipſæ quoq; idem Aelianus vnà cum Philoſtrato, ex mente aliorum ſunt locuti, vt eorundem lectio planè cuiq. oſtendit: eumq. in modum virtus hæc ab ijs propalata eſt, vt fabulam potius quandam inanem, propoſuiſſe viſi ſint, non veram hiſtoriam, & præſertim Philoſtratus, qui cùm intelligeret Indos ex illis cornubus pocula cōficere, aſſereręq. nullis morbis il lo die affici, qui ex huiuſmodi poculo potarint; neque ſi vulnerati fuerint dolere, & per ignem etiam incolumes trāſire, neq. vllis venenis lædi quæcunq. nocendi gratia in potu dantur, ideoq. Regum eſſe ea pocula, nec alij quàm Regi eiuſmodi feræ venationem permitti, id Apollonio enarratū fuiſſe, ſcripſit, interrogatusq. is à Damide, an ſermoni qui de poculo iam dicto ferebatur, fidem adhiberet, reſpondit: *Adhibeo ſi huius regionis immortalem Regem eſſe intellexero. qui enim mihi aut alteri cuiquā poculum, ita ſalubre dare poteſt, nonne veriſimile eſt, ipſum quotidie illo vti; & ex eo cornu frequenter, vel ad crapulam vſque bibere? nemo enim, vt puto, calum-*

Vnicornu facultas contra venena, non probatur author.

niabitur eum, qui tali poculo etiam inebriatur . quam quidem Apollonij ſapientiſſimam reſponſionem, ad hiſtoriæ vanitatem demonſtrandam, nobis hoc loco ſufficere volumus; rationibus ſiquidem euidentiſſimis hoc idem reprobauerit, Andreas Marinus. Hoc eodẽ argumento, vim eam venenorum euincendorum, cornu equi Vnicornis à Strabone, & Æliano lib. 4. cap. 12. traditam, reprobare fas eſt: quando poculis tantum ex eo cornu confectis, illam tribuerint; licèt hoc abſolutè negauerit Oeneſicritus. Scio Tzetzem lib. 5. c. 7. & Pium ſecundum cap. 10. ſuæ Aſiæ, talem virtutem cornu Monocerotis habere voluiſſe: ſed quàm verè? De Pij ſententia paullò ante docuimus, eam fidei nihil habere: Tzetzem verò quis approbauerit, qui ſciat, fabulam tantam de hoc animali, cum vt veram affirmaſſe. ſ. iuuenem aliquem robuſtum, venatores puellæ inſtar veſtitum, & aromatibus aſperſum, ſtatuere è regione loci, in quo Monoceros fuerit, ita vt odoris ſuauitas auræ flatu ad belluam peruenire poſſit; ipſos interea occultari. Mox feram odore allectam, ad iuuenem accedere, illum amplis muliebribus manicis, totis refertis aromatibus eam obuelare; tum venatores accurrere; & cornu quod venenis reſiſtit, recto, feram dimittere. De huius hiſtoriæ vanitate aliò loco ſumus plura dicturi, quemadmodum etiam recentiorum nonnullorum ſententiam ſumus reprobaturi, qui facultatem hanc contra venena, quod dicunt Vnicornu, habere, exiſtimarunt. Illud etiã addamus; Rhinoceroti ipſi neminem ex ſcriptoribus antiquis, vim aliquam aduerſus venena tribuiſſe. quapropter, ſiue Monoceros ex ſe accipiatur, ſiue idem eſſe cũ Onagro Indico, vel equo Vnicornu, aut Rhinocerote, dicatur: vim nullã contra venena, probatæ authoritatis ſcriptorem aliquẽ antiquum, ei tribuiſſe, eſt ſine cõtrouerſia veriſſimum. Nunc, an ratio, talem vim in hoc cornu eſſe, confirmet ſiue admittat, inquiramus diligẽter. Hoc verius vt aſſequamur & facilius, paullò altius exordiendũ eſt negotium. Etenim medicamenta quæq;, vel per primas eorum facultates, vel per ſecundas primis ſuccedẽtes, ſuas in corporibus noſtris exercẽt operationes: ſiue etiã per tertias à tota quã vocant ſubſtantia vel proprietate occulta dependentes, agunt. Primas cornu huius facultates, vel etiã ſecundas, venena euincere, qui affirmauerit; is cornu quodq. aliud facultatem eãdem habere, vt fateatur neceſſe eſt; Galenus. n. ceruini capriniq. cornu exẽplo, cornua omnia, refrigerantis ſimulq. exiccantis, facultatis eſſe conſtituit in lib. 4. de comp. med. ſec. loc. eiuſdem num. cap.

Vnicornu facultas contra venena, nullã habet vocem.

Eadem

Digitized by Google

Eadem ſine mordacitate extergere, ibidem docuit. Adſtringere ad hęc cornua quæq. diſentericos fluxus, ſanguiniſq. excreationẽ affirmauit in lib. 11. de ſimp. med. facul. cap. prop. Qui verò affirmet cornua ipſa harum facultatũ medio venenis aduerſari, neminem ipſe legi; neq. id affirmat Baccius; eo quidem argumẽto ſi id affirmaſſet reprehendendus, quòd ſi per primas, vel ſecundas qualitates venenis aduerſaretur Monocerotis cornu, ſola ea euinceret venena, quę vel caliditate ſua occidunt, cui refrigerantia aduerſantur medicamenta; vel corporis ſubſtantiam diſſoluunt, quibus cõtraria eſt adſtrictio, non autem omnia & quęcunq. venena, ut affirmant omnes qui in tali cornu fidem ſuam repoſuerunt. At neq. per tertias qualitates, ſiue facultates à forma ſpecifica prouenientes, quæ etiam à tota ſubſtantia dici ſolent, cornu iſtud venena ſuperare dici poteſt. Eſt enim nihil aliud forma ſpecifica Galeno magiſtro in lib. 1. de vſu part. cap. 9. & in primo lib. de elemen. cap. 5. quàm ſingularis quædam calidi, frigidi, humidi, & ſicci ꝓportio, ſiue harmonia, ſeu potius quiddam ex quatuor elementorum commenſuratione, ac commixtione reſultans & productum; duobusq. modis hanc in nobis agere Albertus Magnus in lib. 2. Mineral. cap. 4. docuit: vel ſcilicet materiæ propriæ per calorem innatum, alteratione; vel præſentia dumtaxat mixti non elaborata: Prioris actionis exemplũ eſt Rhabarbarum, quod quidem à forma ſua ſpecifica bilem trahere dicitur; ſed ſubſtantiæ ſuæ alteratione (actuationem Medici vocant) prius media. Secundam actionem nos docet Lapis Magnes, ſine ſubſtãtię alteratione aliqua ferrum trahens. Si verò de prima actione ſermo ſit, quatuor eſſe materias Galenus conſtituit 6. in 6. Epidem. com. 5. proprietates iſtas ex tota ſubſtantia, prouenientes, continentes: purgatorias nimirum medicinas, aut alimenta, aut ad hæc tertio ea quæ Hippocrates malefica nominauit, aut quarto ipſorum remedia. Profectò Vnicornu hoc purgatoriam non dixeris eſſe medicinam, neq. alimẽtum, neq. quidpiam maleficum; ſed maleficorum, hoc eſt, venenorum omnium remedium. At duplicẽ eſſe dixit eodem loco Galenus curantium materiam, appellariq. alia Gręco vocabulo, Alexipharmaca, ideſt medicamentorum auxilia, quę mortiferis medicamentis aduerſantur: Theriaca alia, quæ ferarum morſibus medentur: quorum neutrum eſſe poteſt Vnicornu iſtud. Sunt quidem eius naturę Alexipharmaca, & Theriaca medicamenta omnia, Galeno eodem authore in lib. 5. de ſimp. med. fac. cap. 18.

Forma ſpecifica medicamẽti quid ſit.

Digitized by Google

cap. 18. vt facultatem habeât mediam inter corpora perpetię̃tia, & medicamenta ipſa lædentia: vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem Alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rurſũ deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Atq. ideò propemodum omnia, quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animantis corpus lædere, conſtituit. quamobrem, ea moderatione quantitatis, omnes id genus facultates medium exhibere uoluit, ut neq. copia nimia corpus offendant; neq. exiguitate ſua à deleterijs vincantur. Quis igitur horum in medicamentorum cenſu cornu hoc de quo agitur, repoſuerit, cuius ſuperfluam quantitatem in corpore ſumptam, ſi nimiam quandam refrigerationem exiccationem, & adſtrictionem (quęq. illa fuerit) exceperis; nullã aliam lęſionem ei afferre poterit. quis item quęſo medicamentum hoc inter Alexipharmaca, aut theriaca medicamenta enumêrauit? Ad id igitur rem hanc omnem deductam eſſe uides, ut eam à tota ſubſtantia proprietatem, ſiue facultatem habere debeat Monocerotis cornu, quę pręſentia duntaxat mixti non elaborata, ſuas edit actiones, ſicuti Lapis Magnes: quam quidem proprietatem, nunq̃ quidem ratione inuentam, ſed diuturna tantum experientia conſirmatam, & comprobatam eſſe debere, Galenus pariter determinauit, cum lib. 1. de comp. med. per gen. cap. 16. tum lib. 12. meth. med. cap. 6. Atq. res hæc eò peruenit, ut, an experientia ipſa talem venenorum omnium euincendorum occultam proprietatem, ſiue facultatem, cornu huic ineſſe, confirmauerit, cognoſcatur: quod antẽq̃ declarare aggrediamur, videndum prius eſt (ne quid quod ad id pertineat intactum relinquatur) an fortè ut Amulętum auxilium, ſit hoc idem cornu venenis inimicum. Porrò de Amulætorum auxiliorum natura & facultate, in comment. noſtris ad Galeni hiſtorias medicas, plura ſcripſimus. Sufficit hoc loco animaduertiſſe, duplicem Amulętorum medicamentorum differentiã, Galenum determinaſſe in lib. 2. de comp. med. sec. loc. eiuſdem numeri cap. Vnam ea reſpicere auxilia dixit, quæ medicã nullam habent rationem; alterã, ea quæ iuxta medicã rationem tradita ſunt, ſub ſe continere talia verò hæc ſic appellari admonuit, quia qua rõne corpori appẽſa, huic uel illi morbo aduerſentur, cognita eſt à Medicis ratio. Exempli gratia, Poligoni duos ramulos coronę modo capiti impoſitos, eius dolorem emulcere, ſcripſit Archigenes ꝓ Amulęto; quod euenire Galenus ſtatuit, quia calidis, & flatuoſis capitis doloribus, re-

Vnicornu an ſit Amulætum auxilium

Amuleta auxilia in duplici differẽtia

percu-

percutiendo ſuperueniat: ſic & Pœoniæ radix, pueri nuper nati collo ſuſpenſa, epilepſiam arcere valet; aere.ſ.alterato, vel etiam ſuis vaporibus cerebro communicatis. Equidem huius generis Amulętum, haud dices eſſe cornu Monocerotis aduerſus venena, cùm nullam id habeat, quæ reddi poſſit rationem medicam. Ex his igitur vt ſit neceſſe eſt, quę medica, quę reddi poſſit, carent ratione; qđ etiam Baccius ipſe in ſecũda ſuæ tract. parte fol. 109. fãſſus eſt his verbis: *Io ſon riſoluto, & affermo per certo, che le virtù, e l'vſo dell'Alicorno non conſiſte in darlo per bocca, nè in poluere, nè per antidoto: anzi tengo per vn'argomento demoſtratiuo, che non per altro ſi veggono queſti Corni pretioſiſſimi eſſer ſtati riſeruati ne'Teſori, intieri, e politi dentro, e di fuori, le centinaia d'anni, ſenza eſſer raſi, ne tocchi mai: perche quegli antichi non trouarono che ſi doueſſero radere, nè vſar in alcun modo per antidoto; ma pare ſi compiaceſſero più toſto, che ſi teneſſero per vna gran gioia, e per vn degno ſpettacolo di coſa rara, e per vn paragone (come habbiam detto della calamita, e delle virtù di molte pietre pretioſe) che alla preſenza ſola, ò à tener vn'anello in dito, ò in forma d'altra gioia ſopra i polſi, ò ſopra il cuore; operano contra i veleni, e contra le malignità de gli huomini mirabilmente. E come chiaramente ſi vede del Diaſpro, e della Pietra del ſangue à ſtagnar il ſangue, e dell'Vnghia della gran beſtia contra le vertigini, e mal caduco, ò d'altre gemme di virtù miracoloſe, che operano per virtù propria, attaccate al collo, ò ſu'l cuore. Coſi queſto pretioſo Corno ſi debba vſare non in poluere, nè preparato, nè combuſto, nè in beuande; ma in duoi modi famigliariſſimi: cioè, che ſi tenghi, come ſi è detto in forma d'anello, ò d'altra gioia ſopra il cuore, ò ne i polſi. E di più, che nelle occaſioni de' veleni, ò delle febri peſtifere, s'infondano detti anelli, ò gioie nelle tazze con vino, ò con altro liquore, nelle quali à coſtume di quei Principi Indiani beuano. A ſimil vſo ſi potranno anco adoperare tante ſorti di tazze già da noi trattate, del Corno del Rhinocerote traſparenti e vaghe, del colore fra bianco e nero, come anco gl'isteſſi mercanti dell'India orientale fanno fede eſſer in vſo appreſſo quei Principi.*

In hoc eodem Amulætorum genere quæ medica ratione carent, repones garrulam Ranam, abiectiſſimumq́, vnà atq; obſceniſſimum animal Scarabeum, vtrumq; quorum, ſi quartana febre laborantis, collo, ſuſpendatur, ſanationem facere, Alexander Trallianus lib. 1. cap. 15. retulit, Nos verò dicamus (quæq; ſit hiſce Amulætis præſtãda fides) primum, tale facultatis genus, Monocerotis cornu, neminem vnquam tribuiſſe; ſed vni tantum Onagri cornu, Ælianum ipſum. Dicamus deinde Galenum, & ipſum loco proximè ſcripto, nihil ferè talia feciſſe Amulæta. *Ea enim, inquit, his qui talia per experientiam cognouerunt, & ſecundum mirabilem quandam contrarietatem homini incognitam, efficacia eſſe dicunt, relinquam.* quæ ſi etiam quiſpiam adhuc ſuſtinere voluerit, in hiſq. fidei multũ

repo-

Vnicornu facultatũ occultarũ deſtructio

reponere, non defuiſſe animaduertat, qui rationibus firmiſſimis, & euidentiſſimis, talia tanquam inania, ſtrenuè reprobauerit; quæ quoniam digna ſunt, vt audiantur, doctrinæq. multum in ſe habẽt, & ad rem, de qua agimus maximè faciunt à nobis propterea hoc loco adducentur. Andreas Marinus hic fuit, doctus ille quidem & ingenuus medicus, qui in ſua de Vnicornu tract. fol. 28. hunc in modum locutus eſt: *Io ſon andato molte volte fra me ſteſſo diſcorrendo, ſe con alcuna ragione quel Corno, quando ſi ritrouaſſe tale, quale eſſi il deſcriuano, poteſſe fare i miracoli, che dicono, nè inſino ad hora ho potuto trouar coſa, che rileui: e perciò ſono di fermiſſima opinione, che non ſi poſſa fare nè con le qualità manifeſte, nè con la forma ſpecifica, ſenza il beneficio del calor naturale, il quale non iſcalda, e non cuoce, ſe prima egli non abbraccia, e ritien la coſa per alcun ſpacio di tempo, il qual effetto non farà giamai con le labra in coſi poco tempo, quanto ſi mette nel bere. Nè il veleno può prender contraria qualità dalla tazza miracoloſa ſenza l'interuenimento del calore, il quale poſſa eccitare l'attione tra la tazza, e'l veleno: la qual difficoltà conoſcendo gli Arabi hanno voluto che ſi dia à mangiar, ò à bere, accioche domato dal calor naturale, ſcuopra le proprie virtù, come fanno le altre medicine: che ſe mi diranno, che ſi come la Peonia maſchia attaccata al collo, medica il mal caduco, ſenza che il calor naturale l'abbracci, e deſti la virtù: coſi l'Alicorno toccato con le labra, fà quei miracoli da lor narrati; riſponderò, che con queſto eſſempio l'haurebbero perauentura vinta, quando voleſſero, che l'Alicorno fuſſe rimedio d'vn ſol veleno: ma fanno paleſe la bugia co'l dire, che è contro tutti i veleni; perciò che eſſendo quelli diuerſi di qualità, e di forma, come potrà vna ſol forma à molte, e varie fra loro, eſſer contraria? ſono ſtati trouati, e ſcritti i rimedij di molti veleni, i quali amazzano l'huomo con le qualità manifeſte: & à molti altri, che con le occulte offendono, non mancano antidoti; ma tutti ſono diuerſi, ſecondo che diuerſe ſono le qualità, e le nature de' veleni: & parrà ſempre coſa ſtrana, e ſconueneuole al Filoſofo l'vdir dire, che vna iſteſſa coſa faccia contrarij, non che varij effetti, come reſiſtere alla Cicuta, e alla Scammonea. Ma che ſi dirà del vomitar il veleno già preſo? con qual virtù, con qual forza, con qual potenza lo farà vomitare? & non è men falſo quello che ſegue, che chi bee con l'Alicorno, ſi rende ſicuro da ogni male inſanabile: perciò che ſe ciò fuſſe vero, quei Re, che l'vſarono ſarebbono ancora viui, come accortamente riſpoſe Apollonio. Senza che ſi può dire il medeſimo, che de' veleni s'è detto, cioè, che i mali ſono varij, e fra loro contrarij, la doue queſto è vnico rimedio. Lo ſpaſmo naſce alcuna volta da ſouerchia pienezza: alcuna altra volta da ſouerchia euacuatione. A quali di queſti occorrerà l'Alicorno? non ad ambiduo: perche naſcono da contrarie cagioni: ſe ad vn ſolo; chi mi dirà quale? Lo ſtar nelle fiamme ardenti e nõ abbrugiar per hauer beuuto con l'Alicorno è coſa tanto lontana da ogni credenza, che non fà meſtiero con ragioni riprouarla: ſi come ciaſcuno ſtimerà vanità, che altri poſſa eſſer ferito ſenza noia, ò dolore.* Sanè verò firmiſſimas eſſe has rationes,

quisq.

quiſq; vt certum ſuppoſuerit, qui animaduerterit quanta fuerint talia Amulæta ab antiquis plęrisq. ſcriptoribus prędicata admiranda; vana tamen deinde per tempora cognita. Si Chriſolitus lapis anulo adligatus, geſtatusq., ſapientem, vt ſcriptum fuiſſe legimus, efficeret hominem; omnes, arbitror, forent ſapientes: Si Gagatonica gemma, victores, vt fertur, redderet ipſam gerẽtes, quis queſo miles in bello ſuperaretur? quid ſi eandem gemmam ferrent duo interſe dimicantes milites, quis eorũ vincere alterum poſſet? vnius virtutem bellicam, & dimicatricem longè minorem alterius eſſe ſi ſuppoſueris, rei impoſſibilitatem cognoſces euidentiorem. Nolo in his vanitatibus refellendis longior hoc loco eſſe. Id vnum adijciã: quòd ſi vera eſſent, quæ de Amulætis iſtis ſcripſerunt, Plinius, Albertus Magnus. M. Marcellus Empyricus atq; alij multi, iam pridem in medicina vnus tãtum eſſet felix, ſalubris, facilis, & tutus eorum vſus, iamq. auxilia alia omnia difficilia, pericoloſa, ingrataq; defeciſſent, atq. obſoleta eſſent. Ad rem ipſam redeamus, Anque experiẽtia vim venenorum omnium euincendorum tam excelſam, in cornu Monocerotis eſſe comprobauerit, inquiramus. Porrò de experientia huiuſmodi ad explorandã medicamentorum vim, alias in tractatu de viribus Theriacæ, & de ſecanda in febribus putridis ſaluatella, ſcripſimus: negotium tamen idem nunc aliqua ex parte repetendum eſt, & pro eo quod quæritur, plenius dumtaxat, abſoluendum. Dupliciter itaq. hoc in loco accipi experientiam poſſe, eſt vt quiſq. animaduertat: Vel quòd facta in ipſis ægrotãtibus experientia, ex voto res ſucceſſerit, & medicamẽti virtutem aduerſus venena omnia, optimam ac efficacem comprobauerit: Vel quòd ſanis hominibus ſiue brutis, veneno & medicamẽto ex induſtria oblatis, idem euenerit. Pro prima confirmanda experientia, ſeculum ſaltem inſumptum fuiſſe, neceſſe eſt, hocq. tempore toto ægrotantium maiorem partem huius auxilij medio, ſanitati fuiſſe reſtitutã. Ariſtoteles namq; ex multis memorijs fieri experientiam determinauit, cum in Proemio lib. de Sapientia, tum lib. 2. Poſter. Analyt. cap. vltimo. Galenus verò in 3. aphor. com. 11. etiam ſi quis expertus fuerit, ſex vel ſeptem homines aliqua medicina purgatos, dicere certè non poſſe voluit, quòd omnes poſthac homines ex neceſſitate purgabuntur; quam eandem ſententiã in lib. 7. de comp. med. per gen. cap. 4. his verbis confirmauit: *Quare ſi quis poſt me aequè ſtudioſus & veritatis amator extiterit, ne temere ac ſubito, vbi bis, terue*

Vnic. facultatẽ cõtra venena, an confirmauerit experientia.

Experientiæ ſignificatum duplex.

vſus expertusq́ ſit ferat ſententiam; frequenter enim ei ex longa experientia, quemadmodum & mihi vſu venit, in ſecundo ordine dicta, in tertium incipientem tranſponi debere videbuntur: Quanquam itaque ſcriptores antiquiſſimi ipſius Vnicornu meminerint, eorumq; huiuſmodi commemoratio vſq; ad præſentem ætatem perdurauerit: ex hoc tamen conueniens huius medicamẽti experientiæ confirmatio non colligitur. Atq; eò magis, quòd ex antiquioribus ſcriptoribus nemo, vt antea demonſtrauimus, talis huius cornu virtutis, nullum habuerit verbum. Quod plus eſt: ſcriptores antiqui medici, ad quos de medicamentis iudicium ferre magis ſpectabat, eiuſdem

Hippocr. Vnicornu non meminit.

meminerunt nulli. Omitto Hippocratem ipſum, quem medicam artem per capita tantum, ſcripſiſſe veriſſimum eſt, rariſſimè ad particularia deueniſſe, licet magni momenti medicamentorum aliquorum, particularem aliquando habuerit memoriam. Ad Dioſcoridẽ

Dioſcorides Vnicornu non meminit.

venio in medica materia disquirenda diligentiſſimum & doctiſſimum; qui licet medicamentorum multorum ex animalibus ipſis etiam in remotiſſimis regionibus uiuentibus, ſumptorum, hiſtoriã ſcripſerit diligentem; nihil tamen de huius animalis cornu ſcripſit.

Nicãder Vnicornu non meminit.

Hic idem, venenorum omnium remedia accuratiſſimè perquiſiuit, neq; cornu hoc adinuenit. De Nicandro venenorum omnium naturæ & remediorum accuratiſſimo ſcriptore, idem aſſerere licet. Iam & Galenum, qui ad cognoſcenda medicamenta quædam peregrina

Galen. unicornu facultatẽ nõ meminit.

& virtute prædita excelſa, tot longinquas regiones perluſtrauit, tã longa itinera ſuſcepit, tantaq; pericula ſubiuit, quis non damnaret, quòd tale tamq. excelſum medicamenti genus, non cognouerit, vel ſi cognouerit, prętermiſerit, & non nominauerint? Romę vixit annis multis, Imperatoribus aliquibus medicinam fecit, eorũ theſauros, & in eis adſeruata medicamenta omnia inſpexit, illiſq; prçfuit, neq. quidpiam de cornu iſto eſt teſtatus; quem ſanè oſcitãtia inepta damnare par eſſet, ſi tali apud Imperatores illos nominato medicamento, de eo inquirendo eoſdem non admonuiſſet, & in illo fiduciam aliquam non repoſuiſſet, vbi illud cognouiſſet. Scriptores ſe antiquiores omnes, quos legerit, certa res eſt, quæq. fuerint ab eis res ſcriptę. Vnicornu nomen, & vnicornua animalia apud eos, quòd obſeruauerit fateri conuenit: ſed nulla in eis virtute tali cognita, etiam nomen prętermiſſit. Cornu ceruini diligentem, & accuratam ſcripſit hiſtoriã, idem dubio procul facturus, ſi eius vim talem tantamq. cognouiſſet: quemadmodum & Dioſcorides fecit,

&

Digitized by Google

Vnicornu facultatē contra venena non prædicarunt Arabes Medici.

& poſt eos Oribaſius, Aetius, Paulus Æginęta, alijque Gręci ſcri-
ptores. Idem eſto iudicium de Arabibus medicis digniſſimis diligē-
tiſſimiſq; ſcriptoribus, qui tot medicamentorum à Græcis non co
gnitorum, facultates inuenerunt, huiuſq; ne per ſomnium quidem
locuti ſunt. Ex recentioribus verò aliquos de huius cornu aduerſus
venena facultate, quędam ſcripſiſſe, certa res eſt & notiſſima: eum
tamen in modum locutos eos fuiſſe paucis poſt fiet à nobis manife-
ſtum, ut fidem, eorum aſſertio mereatur nullam, nihilq. certi ipſi idē
viſi ſint affirmare voluiſſe. Nos econtra pleroſq. his obijcere poſſu
mus qui medicamentum hoc paruipenderunt, immò etiam ex toto

Medici multi recētiores Vnicornu dānarunt.

damnarunt. Huius temporis viuentes Medicos illos appello, qui in
legendis ſcriptorum Medicorum libris ſunt diligentes, & quàm
multi ſint qui cornu hoc, vel paruipendunt, vel damnant, fidem fa-
ciant, rogo. Qui Vnicornu hoc venena omnia euincere ſcripſerunt,
aut nunc credunt, & atteſtantur, an id ipſi per experientiam exactā
obſernauerint & cognouerint, teſtari debuiſſent, deberentq;. Proh
Dij Immortales, quis recentiorū (antiquorum neminem fuiſſe cer-
ti ſumus) in uenenatos incidit tantos, vt omnium venenorum factā
ab hoc cornu victoriam, ſæpius obſeruare potuerit? Quòd ſi ex mul
tis memorijs perfici experiētiam & confirmari, verè conſtituit Ari-
ſtoteles; vnius certè hominis etiā accuratiſſimi vita, ſufficere haud
poteſt. Quapropter, per totum ſaltem ſeculum, quod teſte Feſto cen
tum annorum ſpacium ad minus abſumit, plures Medicos, huic ex-
perientiæ diligentiſſime incumbere neceſſe fuiſſet, quod, ſicuti nemi
nem ſcripſiſſe legi, ita qui hoc verè affirmare poſſit, cognoſco nemi-
nem. Videas ob id Theriacam ipſam id conſecutam fuiſſe, vt ab
Andromachi (ſi non inuētoris primi, ſaltem perfectionis maioris,
authoris) temporibus, per ſubſecutas deinde ætates omnes & ſingu
las, facta à Medicis omnibus experientia; confirmata tandem illa
eſt, & omni ex parte perfecta; taleq. medicamētum, venena quęq;
euincere, cognitum eſt. Neq. ſanè aliam ob cauſſam, Vnicornu hu-

Vnicornu memoria cur cōſeruata.

ius memoriam apud gentes perſeueraſſe, ſuæq; facultatis dignita-
tem ex toto nūquam apud omnes amiſiſſe credimus, niſi quia, quod
alias ab vno quopiam, vel etiam à pluribus maioris authoritatis
Medicis, de eo affirmatum eſt, id alij deinde plures eiuſmodi autho
ritate freti, ſine vlteriori ueritatis inquiſitione, ut uerum ſuppoſue-
runt & acceperunt. Atq; quidem hunc eundem in modum, abuſus
in medicina multos irrepſiſſe, mea eſt opinio. Si autem de alia ex-

 perientię

perientię ſpecie ſermo ſit, quę in ſanis ſit hominibus uel brutis, ueneno & medicamento uni, alteri ſolo ueneno data opera oblatis, quęro in primis an ſępè ſępiusq; id aliqui fecerint: quęro deinde quibus brutis hoc in opere uſi fuerint: quęro item quas cōditiones & leges experientię obſeruauerint: quęro etiam quo ueneni genere uſi fuerint: Et tandem quomodocunq; in morborum curationibus ſe medicamentum hoc expertos fuiſſe dixerint; An alijs etiam medicamētis ſimul uſi ſint, quęro. Cùm enim, ut dictum eſt, ex multis memorijs conſtet experientia; ſemel, bis, quater, & ſepties illud expertos fuiſſe, ſiue in hominibus, ſiue in brutis, ad experientię cōfirmationem, minime ſufficit. Animaduerſione tamen digna res eſt, non ſemper eueniſſe, ut à medicamento euictum ſit uenenum. Obſeruaſſe nos etiam ſępius, iure iurando affirmare poſſumus, factę hunc in modum in brutis experientiæ, rem ex uoto non ſucceſſiſſe: quod ſi ſecus aliquādo alicui accidit, & animal, quod medicamentū aſſumpſerat, ſuperuixit; nullam adhuc eſſe in re certitudinem, dicimus; quoniam Galenus in lib. 1. de ſimpl. med. facult. cap. 2. medicamentorum experimentum in eadem ſpecie fieri debere, conſtituit, in qua ſunt ex uſu talia medicamenta: cuius quidem Galenicę aſſertionis, ratio ea eſt manifeſtiſſima, quia quòd alicui animalis ſpeciei uenenum eſt mortiferū, illud idem alteri cibus eſt optimus: & animalium naturę infinita propemodum diuerſitas, in multis dictam à Gręcis anthipathiam uel ſimpathiam, habet, ita ut unū hoc, & idem, uni animali proficuum ſit, alteri nocentiſſimum. Sunt pręterea in his faciendis experientijs, quędā obſeruandę leges & conditiones, quę & ueneni, & medicamenti actionem, ſi non obſeruentur, irritam, uel obſcuram & dubiam, ſine dubio faciunt. Si cui iam ſaturo animali exhibeatur uenenum etiam cum medicamento; cibi in uentriculo exiſtentis cauſſa, irritam euadere poſſe ueneni malitiam, contingit. Si aliquo in morbo, unà cum antidoto, alterius generis medicamenti utatur quiſpiā, quod & ipſum eiuſdem facultatis particeps ſit, cui nam victoriæ laus tribuenda ſit, iure quiſq; dubitabit. Si de oblato veneno minime omninò certus fueris (quod in ſola ſuſpicione euenit) eſſe poterit, vt falsò ſupponatur oblatum venenum. Poſſunt tandem multa ac varia accidere, quæ & veneni, & medicamenti actiones, per accidens immutent, ita vt incertum omni ex parte euadat experimentum. Dicamus tandem ex vnius veneni genere facto experimento, quod ex voto ſucceſſerit, non

Leges experimenti faciendi.

inde

inde propterea colligi neceſſario, aduerſus omnia venena facultatē habere medicamentum. Demus Arſenico Chriſtallino exhibito, medicamentum dictum ſuas probè vires exercuiſſe, illudq. ſuperaſſe. Demus item hoc ſæpiſſimè eueniſſe. Demus amplius, non in multis tantum brutorum ſpeciebus, ſed etiam in hominibus id obſeruatum fuiſſe: An ne propterea, aduerſus omnia & ſingula venena talem facultatem illud habere, ex hoc colligemus? Impoſſibile ſanè prorſus hoc eſſe, noſtra eſt opinio; alia ſi quidem frigida ſunt venena; calida alia & ſicca nonnulla: adſtringentia quædam, & quędam diſſoluentia: vni tātum corporis parti inimicum vnum; plurib. alia: quæ quidem omnia & ſingula ab vno & quidem ſimplici medicamento euinci poſſe, quis affirmauerit, qui ſciat ab vna, atq. eadem re, contrarios effectus per ſe produci nequaq̄ poſſe? Si quis ad theriacam confugerit, dixeritq. vnicum hoc medicamentum venena quæq. euincere: vera ſanè is enuntiauerit; ſed diuerſorum & inter ſe contrariorum medicamentorum eius compoſitionem ingredientium, ratione: id euenire, magni ſcriptores Andromacus, & Galenus, ratione ſic ſuadente, admonent. Neq. eſt, ut ad formæ ſpecificæ vim & proprietatem occultam ſeſe quis recipiat, & dicat, id proprium habere ſpecificam Vnicornu formam, vt venena omnia euincat; quoniam ſi vnam tātum formam ei ineſſe fatebuntur (quod vt fateātur neceſſe eſt) vnus tantum ab ea eſt expectandus effectus; ab vno ſiquidem inquantum vnum, vno excepto, nihil amplius ꝓuenire poſſe, ſancitum eſt à ſapientiæ magiſtro Ariſtotele. Si dixerint ad hæc, ꝙ ſicuti ex oppoſitis theriacam ingredientibus medicamentis, vna reſultat forma, quæ omnibus aduerſatur venenis, ita & à forma Vnicornu ut aduertant, conueniat theriacæ formam eſſe quodammodo multiplicem, ob multa ingredientia, quod non eſſe poteſt in Vnicornum ex elementis tantum compoſito, ſimplicibus quidem corporibus vnam tantum formam ſua miſcella conſtituentibus; vnde etiam ſimplex dicitur Vnicornu medicamentum. Vidit difficultatem Baccius, eoq. propterea ſe recepit, vt dixerit, omnibꝰ venenis reſiſtere poſſe Vnicornu; non quidem quoniam hæc omnia ſua virtute verè ſuperet, ſed quoniam eam habet virtutem, cordis eum in modum roborandi, & firmādi, ꝙ ei venena nocere haud poſſunt quæq. illa fuerint, non alium ſanè in modum, ac armatus homo ſeſe aduerſus omnium armorum genus tutum præſtat, cuius generis medicamenti theriacam eſſe affirmauit. Sed, vt falſum eſt,

the-

theriacam hac de cauſſa venena omnia euincere:ita & Vnicornu ſic cor roborare, vt venenis omnibus illud reſiſtat, omninò apud nos eſt impoſſibile. De Theriaca ſatis à nobis dictum eſt, in tractatione de ea, demonſtratumq; ex tot contrarijs eius compoſitionem ingredientibus, formam quandam ſpecificam venena omnia euincētem in eam introduci. Hoc autem veriſſimum eſſe, inde demonſtratur manifeſtè, quòd, vt & viperarum vires ea euinceret, viperas illi adiunxit Andromachus. At Vnicornu poſſe Cor ſic roborare, vt venena omnia repellat, impoſſibile eſſe, inde cognoſcimus, quod robur idem non poſſit cōtra tot genus venena cor ipſum armare, quia vna, vt dicebamus, tantum eſt eius forma, vnum tantum producere apta. Robur hoc autem, vel eſt particulare aduerſus hoc vel illud venenum, vt ſuas nocētes qualitates arcere poſſit; vel eſt vniuerſale; cordis. ſ. confirmatio quędam ad ſe tuendum contra inimicos quoſq;. Si primum; eſt forma ſpecifica vni tantum contraria. Si ſecundum; ſunt manifeſtæ qualitates ipſę, frigiditas. ſ. caliditas, humiditas & ſiccitas, & adſtrictio. Non minus igitur Vnicornu, reſiſtent omnibus venenis cornu cerui & alia cornua quæq;, cùm habeant omnia & ſingula eaſdem qualitates. Sed etiā omnia & quęcunq. cor roborare apta ſunt, eādem haberent aduerſus uenena omnia potentiam, quod omni ex parte falſum eſt. Itaq. quid poſſit ad Vnicornu dignitatem extollendam & retinēdam experientia ipſa, patere ex his, arbitror, manifeſtè. Porrò etiam, minor adhuc inde euadit huius medicamenti fides, quoniam à perfidis hominibus lucri cauſſa adulterata ſępè circumferuntur cornua, Vnicornu nomine, ad dignitatem & lucrum, inſignita. Cùm.n. auri pręcium etiam ſuperet apud Idiotas Vnicornu; ad aſtutias, perditiſſimos homines auro inhiantes, excitari facillima res eſt. Fuerunt itaq. uiri ingenioſi qui admonuerint ea induſtria cornu conſtrui aliquādo, quod in aqua poſitum euidentiſſimè ebulliat: illud ut certum uulgò cùm credatur, poſitum in aqua uerum Vnicornu ebullire. Alicuius animalis cornu, alij urunt, odoribusq; quibuſdam adiectis, aromatica quadam ſuauitate imbutum reddunt, eo adhuc ignito in liquoribus odoratis extincto. Nebulones item aliquos, quandam miſcellam calcis & ſaponis, terræ, uel lapidis alicuius qui ebullire ſoleat, conſtruxiſſe, cornuq. finxiſſe, quod pro Monocerotis cornu uendebāt Venetijs, ſe uidiſſe teſtatus eſt, non ſpernēdę authoritatis ſcriptor Medicus Antonius Muſa Braſauolus Ferrarienſis in examine ſuorum

Vnicornua ficta.

Cornu quo ingenio cō ponatur.

Aliud ingenium.

Aliud ingenium.

rum

rum ſimplicium cap. de memorabilibus; hoc plus addito, quòd lapidem etiam pro cornu Monocerotis, ſuo tempore, omnes uendebāt. Eboris fruſta Vnicornu loco uendi ſolere, admonuit Baccius in tertia ſui tractatus parte fol. 94. Atq; etiam, magnam cuiuſdam animalis maxillam in terrę intimis uiſceribus quodam in loco inuentam, cum longo admodum temporis ſpacio obruta extitiſſet, in aqua poſitam ebullientem, pro Vnicornu uenditā fuiſse ille idem teſtatus eſt: ſicuti etiam in Calabria lapides inueniri, uſti oſſis æmulos, in aqua poſitos ebullientes, à circumforaneis pro Vnicornu expoſitos, ſcripſit. Sanè uerò, argumenti huius medio, Verum Vnicornu, ſi daretur, minime damnare quis poſset: his tamen impoſturis effici fatendum eſt, ut in huius cornu cognitione obſcuritas enaſcatur maxima & periculoſa ualdè; quia difficillimum ſit, haſce impoſturas detegere: etenim Mendacis Priuilegium hoc eſse dixit Æſopus aliquando, ut eidem uera dicenti minime credatur. Quæ tandē inania & fatuiſſimæ uanitatis plena de hoc eodem Vnicornu ſcripta leguntur, ea quoq. illius dignitatem non modo minuūt, ſed etiam ſuę ueritatis teſtimonium aliqua ex parte ſunt. Vaniſſimā rem eſse, ꝙ pocula ex tali cornu confecta, bibentem toto eo die quo biberit cum eis, à morbis omnibus & ſingulis, à ferro, & ab igne tutum reddant, ex recitato antea à nobis ſapientiſſimo Appollonij Tyanei reſponſo, fit, mea quidem opinione manifeſtiſſimū. Nunquam. ſ. Reges talibus poculis utentes, fuiſse mortuos. Tzetzes quoq. fabulę uanitatem, iam paucis ante pariter demonſtrauimus. Scripſit Albertus Magnus, Vnicornu dictum animal uirgines puellas adeò uenerari, ut ipſis uiſis manſueſcat, ut aliquando iuxta eas in ſomnum delapſus, capiatur & ligetur. Hunc ſecuti ſunt recētiores aliqui, amore uirginum & odore allici Monocerotem, affirmantes. Sed pręterquam quòd Albertus & alij, ex aliorū mente locuti ſunt; fabulæ etiā uanitas inde oſtenditur manifeſta, quòd Monocerotem, minime uenire uiuum in hominum poteſtatem; interim quidem poſſe, capi nequaquam, ſcripſerit Solinus, & pro re veriſſima affirmauerit. Praſſiorum Regi, Monocerotis pullos etiānum teneros offerri ad robur oſtendendum; cùm integræ ætatis & perfectæ, nullum vnquam quiſquam meminerit captum fuiſſe, ſcripſit Solinus, cuius imitatione capi & domari, cū adhuc pullus eſt, Monocerotem dixit Ælianus. Ego quidem, vt atteſtatio num harum vanitatem demōſtrem, non ei tantū argumento vtor, quod ex alio-

Vanitates de Vnicornu ſcriptę

rum

rum mente talia affirmaurent viri iſti: ſed eo quoq. quod res omninò impoſſibilis affirmetur. Deſertiſſimas regiones perſequi Monocerotem,& ſolitarium errare, affirmarunt Ælianus idem & Philes: In excelſis item montibus vaſtiſq. ſolitudinibus, commorari illud, docuit Iſidorus. Quis igitur eius catulos inuenire capereq. poteſt? Sub parentum cuſtodia, vt ſint adhuc parui & tenelli, omninò ex parte neceſſe eſt. euinci autem illi cum nequeāt, quis ab eis catulos auferet viuos? A parentum cuſtodia diſcedunt iam natu maiores & grandiores facti, ſuntq. tunc eiuſdem cum parentibus naturæ inuincibilis & indomitæ. Ad alias quidē beſtias ad ſe accedentes manſueſcere, cum gregalibus verò ſuis pugnare; neq; modo cum maribus, naturali quadam contentione diſcedere, ſed contra etiam fœmina certare, pugnamq. vſq. ad mortem ingraueſcere. coitus verò tempore ad fœminam manſuetè aſſueſcere, & gregalem fieri: cùm hoc tempus tranſierit, & ventrem fœmina ferre cœperit, rurſus efferari,& ſolitariè vagari, ſcripſerunt quidem Ælianus, & Philes; ſed,ut & alia,ex mente aliorum. Neque.n. viros tales tantoſq., talia tot difficultatibus circumſcepta, omniq. ex parte impoſſibilia, ex ſe affirmare potuiſſe,credet aliquis. Hæc de Animali. De cornu verò eius, vanum illud ſcripſiſſe plæroſq. iam ante adnotauimus, ꝙ preſente veneno ſudet,cuius rei vanitatem paucis poſt, ſumus certiſſimis argumentis demonſtraturi. Cornu igitur hoc cōmendantes & tantis laudibus extollentes, iure optimo nugatores appellabis, quos ab eo euitādos eſſe Galenus ipſe dux noſter, conſuluit.2.in 3. Epidem.com. 5. qui mentis compos fuerit, ne fortè ipſe quoq. in eiuſcemodi nugacitates incidat. Vt tandem id omne, quod de hoc Vnicornu eiuſq. virtutibus admirandis,prędicatum legimus,ab hominum rectè ſentientium,mentibus elimine tur penitus; vtq. etiam rei vanitas ex toto appareat maniſeſtiſſima; fidemq. nullam poſthac in eo reponere audeant Medici aliqui vel idiotæ: ea ad vnū refellēda à nobis ſunt,quæ pro illius facultatibus manifeſtandis, pro illius authoritate confirmanda,proq. eius commendatione extollēda,ab initio tractationis adducta fuerunt. Primum itaq. argumentum ab uniuerſali cornu huius toto orbe terrarum diuagata opinione, ſummæ doctrinæ hominum authoritate,confirmata,deſumebatur. Quod agrumenti genus, non unam apud me habet reprehenſionem. Primum.n. licet verum ſit toto orbe terrarum vulgatā eſſe Vnicornu opinionem; vbiq;.ſ.apud omnes gentes; Vnicornu no-

Nugatores cōmēdant Vnicornu.

Confutatio eorū quæ pro Vnicornu adducta ſunt.

men

mẽn audiri, & de eo in hiſtorijs multa legi: toto tamen terrarũ orbe, ab omnibus & ſingulis Medicis, eam approbari vt veram, decantatasq́. eius facultates recipi, falſum prorſus eſt: Antiquiores ſiquidem & digniores ſcriptores, talia, vt audiuimus antea, non cognouerint, exq. recentioribus pleriq. eadem negauerint. Omnem deinde opinionem ſenſui contradicentem, nõ eſſe bonam, verè docuit Auerroes in 8. Phyſic. com. 26. Hãc autem huius Vnicornu opinionem, ſenſui contradicere, quæ de eius experientia docuimus, planè demonſtrant. Nullam item fidem, aut ſaltem ferè nullam vulgari opinioni tribuendam eſſe, Galenus cenſuit, in libro. 2. de decret. Hypp. & Platonis cap. 2. quoniam vulgaria argumẽta propinqua ſint captioſis; & vulgaria lemmata non aſſumantur in demonſtrationibus: ideoq́; & vulgare argumentum, probationis genus aliquod facere poſſe, negauit. Negauit Baccius vulgarem eſſe ipſius Vnicornu opinionem, quia ſic citò defeciſſet; ſenſatam immò illã eſſe per ſecula omnia, dixit; & per omnes ætates receptam perſeueratamq́; a ſcriptoribus tàm ſacris, quàm naturalibus, & illis quidem primis ac maioris famæ, illuſtratam & confirmatam, quam in dies quoq. clariorem euadere ac certiorem enuntiauit. Sed maius erratum hoc eſſe, ex his deducitur. An fortè falſum eſt, plebem ipſam imperitiſſimam, ſuaque natura indocilem, inueteratas conſuetudines etiam malas, retinere mordicus? abundant, ni fallor exẽpla, atq. ita abundant, vt dicere liceat, omnia ferè hoc tempore (fortaſſe etiam alias) ſuperſtitioſam quandam conditionem ſuſcepiſſe; abuſus multos inanes in omnibus ferè rebus ad vitam pertinentibus, irrepſiſſe, eosq. plebeculam infimam præſertim conſeruare & retinere. Et certè tanta eſt ſeculi huius corruptio, vt bona potius citò deficiant, mala verò conſeruentur. Facilius multò id ei rei accidiſſe, certi ſumus, quæ auaritiæ medio conſeruationem habere potuit, maiorem. Quæſitum.n. vbiq. lucrum, inexplebile eſſe, dixerunt ſapientes. Fuitq. D. Baſilij Magni ſententia huiuſmodi: *Auarus aũt tempus nullum reueretur, non cognoſcit terminum, non cedit ordini ſucceſſionis.* Vnicornu igitur memoriam conſeruauit potius auaritia, cùm ſemper tanto fuerit illud in prætio. Quod verò ad ſcriptores ſacros attinet, nihil eos de Vnicornu, nomine excepto, affirmaſſe; allegorijs & ſimilitudinibus ab eo deſumptis tantũ, vſos fuiſſe, proximè ſumus oſtenſuri. Alij ſcriptores quos naturales appellauit, quod huius Vnicornu teſtimonium fecerint, clarè ni

Vulgari opinioni fides cur nõ ſit danda.

Inueteratas cõſuetudines plebs retinet.

G fallor

fallor & abundè, antea fuit declaratum. Atque ideò nihil omninò de huius medicamẽti virtute illos confirmaſſe, manifeſtum eſt: tantumq; abeſt, vt in dies clarior euadat ac certior eius facultas, vt è contra dignitatem ſenſim amittat, iamq. reſcipiſcere incipiant, Medici pleriq; & ex Principibus aliqui. Nos verò ex his quæ ſcribimus, futuram aliquam veritati acceſſionem ſperamus. Talia autẽ ſi fortè ea non fuerint, cui penitus acquieſcant eruditi viri, & veritatis amantes, ſtimulo ſaltem eis erunt aliquo, ad veritatem plenius indagãdam. Neq. quidem eſt, vt timeamus temeritatis culpam, hac de cauſſa ſubire nos debere, ut minantur aduerſarij, qui potius verę laudis quidpiam, apud eos qui de rebus rectè ſentiunt, ac indicant, expectemus. Veritati totis viribus inueniendę his noſtris inuigilamus; quæ licet ex Menãdri ſententia, amara ſit & ingrata ſtolidis, ſicuti mendacium ſuaue & gratum: conſtãter tamen eam defendendam eſſe cum Democrito conſtituimus; qua nihil æſtimari debet prętioſius, cùm ſit immortalis quædam res & æterna. Damnandi econtra illi ſunt, & magnis etiam vocibus reprehendendi, qui ex pleriſque ſacrarum litterarum locis, Vnicornu nomen commemorantibus, aliquid quod talis medicamenti virtutes commendet, colligi poſſe ac debere, ſibi ſunt perſuaſi. Qua in re, quis eorum vanitatem non irridet? Dialecticam vbique profeſſi ſunt, ſeſe naturales philoſophos pręedicarunt, tantopereq. uitioſo ratiocinio vti potuerunt? Sunt hæc ſacrarum litterarum Vnicornu cõmemorationes: *Quaſi cornua Rhinocerotis cornua eius: Libera me domine ab ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam: Dilectus quemadmodum filius Vnicornium: Exaltabitur cornu meum ſicut Vnicornis: Deſcendent Vnicornes, &c.* Quis quæſo Logica facultate tenuiter etiam pręditus, vel etiam recti iudicij homo, Vnicornu vim aliquam medicamentoſam, ex his colligere poterit? ferę cuiuſdam terribilis & fortiſſimæ ſimilitudinem in eis locis ſumptam fuiſſe, etiam ipſi aduerſarij fatentur. Ego verò pręter antiquiſſimam huius nominis memoriã nihil aliud inde colligi poſſe exiſtimo. Sic & Suidas in dictione Monoceros, illud Pſal. 92. *Et erigetur cornu meũ tanquã Monocerotis:* in eum ſenſum explicauit, quòd Monocεroti comparentur homines pij, qui Deum vnum adorant, vt Monoceros cornu ſe vno defendit. Adducta eſt ſecundo loco Aeliani Gręci ſcriptoris authoritas in lib. 5. de hiſt. animal. cap. 22. Onagri hiſtoriam, qui recitauit taleq. animal deſcribens, potentiores Indos ex vnico eius cornu

pocu-

Veritatis ſtudiũ qui inciteut.

Digitized by Google

pocula, quibus aduerſus venena ſe defenderent, cõfici ſoluiſſe, enarrauit. De hac autem hiſtoria iam antea ſatis à nobis dictum eſt, nihilq. eam ad Vnicornu præſentem cauſſam facere, demonſtratum. Pij Secundi Pontificis Maximi tertio loco adducta authoritas, qui cap. 10. ſuæ Aſiæ ſcripſit, in Aſiæ oris, in Prouincia Macinum dicta, inter Indiæ, & Cathai montes, reperiri animal quoddam, cuius caput Suillum eſt, cauda bouina, vnicum in frõte gerens cornu, cubitalis longitudinis, coloris & magnitudinis ipſius Elephantis, quo cum naturalem gerit inimicitiam; quod cornu ob uim aduerſus venena inſignem, magna inibi eſt in exiſtimatione. Sed non minus alijs inane eſt argumentum huiuſmodi. Suum Vnicornu, eſſe Monocerotis, conſtituiſſe Baccium antea audiuimus; quod quidem animal Pius ipſe, neq. hoc, neq. illud eſſe, affirmauit. Cũ deſcripto ab alijs Monocerote nullam habet ſimilitudinem, pręterquam q vnicum gerit cornu: in colore, in capite, in cauda, in longitudine cornu ab eo prorſus diſſimile. Neq. talem vim aduerſus uenena illius cornu Pontifex Max. ut certam ſtatuit: ſed eam ab illis populis talem exiſtimari, ſcripſit; quæ opinio eo tempore, & in illis regionibus, eius fortaſſe erat conditionis, cum opinione Monocerotis, huius & ante actorum temporum in Europa; vulgaris. ſ. captioſa, & vanitatis plena. Hoc ſanè eodem medio ea refellere licet, quæ in Vnicornu fauorem ex M. Polo Veneto animal quoddã à ſe viſum in India in Regno Baſmę, vnicum cornu gerens deſcribente, adducta ſunt: nec enim & ipſe animalis nomen attulit particulare & proprium; neq. etiam ſui cornu facultates meminit, longeq. & ipſum animal à Monocerote, differat. Sic & ab Aluiſio Cadamuſto in cap. 10. ſuæ nauigat. deſcriptum animal in quadam noui orbis parte repertum, nihil ad rem facit, ſolam vnius cornu tantum cum Monocerote dicto, cùm habeat ſimilitudinem. Contemnendæ ſanè magis ſunt hę animalium iſtorum adductę ſimilitudines, quia paucam in eis fidem repoſuerint, & ipſi aduerſarij. Ego verò cùm hę apud Baccium ipſum legerem, quaſi in eam ſpem veneram, fore ut reſipiſcerem. Affirmantem autem poſtea eum, Ludouicum Barthemam in ſuo Aethiopico itinere, & in Maris rubri deſcriptione, Monocerotem clariſſimè deſcripſiſſe; cùm vidiſſem, conceptam prima frõte de re hac opinionem apud eum magnam vim habere cognoui. concedo ipſe, duorum, quos ſcriptor ille deſcripſit animalium, ſimilitudinem cum deſcripto Monocerote habere multam iuuat credidiſſe,

quòd uera ſcripſerit; Animaduertendum tamen eſt, nullum nomen eis ab eo impoſitum fuiſſe: ex qua regione ducti ſint non adnotaſſe: & quod caput eſt; nullius cornuum illorum medicæ facultatis meminiſſe; quæ quoque viuentibus adhuc illis animalibus, cognoſci haud potuerat. Rem hanc cõſideret quiſq; diligenter, nihilq. quod Vnicornu aduerſus venena facultatē affirmet, vel etiam ſaltem minuat, inde colligi poſſe inueniet. Et quĩ quæ dicunt vt Vnicornua in Principum Theſauris etiã hoc tempore recondita, tantopere extolli, laudariq; video, hisq. tanquã fidis teſtimonijs ad ſuam defendendam cauſſam, vti aduerſarios animaduerto, quæ potè, ſua opinione difficultates omnes auferre debeant facultatemq; aduerſus venena omnia in ipſo dicto Vnicornu, omninò manifeſtã reddant; paullò ideò diligentius ſunt & à nobis hoc loco conſideranda omnia. Primum itaq. propoſitum Vnicornu, illud eſt, quod Lutetiæ Pariſiorum in Eccleſia S. Dionyſij adſeruatur, quod conditiones omnes ab Æliano, Plinio, & Ludouico Barthema Vnicornu ſuo traditas, habere dicitur: ruuidum. ſ. cùm ſit, impolitum nigri coloris æmulum, ceruini cornu inſtar, quinq. vel ſex cubitos longum, rectum, quibuſdam ſignis elegantibus in ſumitate decoratum. Ego verò, vt quod ſentio dicã libere, valdè vereor, ne qui tale cornu ſic laudant, ad pauca reſpicientes de facili pronuntient. Omitto, demonſtratã à nobis antea inter Ælianũ, Pliniũm, aliosq; ſcriptores omnes tam antiquiores, q̃ recentiores, diuerſitatem. Dico tantum non conuenire huius cornu conditiones, cum conditionibus ab Aeliano & Plinio, cornu Monocerotis, traditis. Quod. ſ. ad colorē attinet, illum Ælianus abſolutè nigrum ſtatuit, ſicuti & Plinius: Pariſinũ verò cornu, cornu ceruini inſtar, nigri coloris æmulum eſſe dicitur: qui quidem color à nigro quantum diſtet, res eſt ſine demonſtratione manifeſta. Lõgitudinis cornu Monocerotis non meminit Aelianus: duorum cubitorum dimenſionem explicauit Plinius. At Pariſienſe cornu quinq. vel etiam ſex cubitorum longitudinem habet. Nullius ruidæ qualitatis, & impolitæ ſermonem habuerunt recitati ſcriptores, cùm Monocerotis cornu conditiones ſcripſerunt, verſuraſq; illi quaſdã tribuerunt; quas in toto ipſo cornu à baſi ad ſumitatē vſq. fuiſſe, ex eo conijcere licet, quia de ſumitate eius, ſi acutiem exceperis, nihil aliud dixerunt. Quod autem Pariſiorum Lutetiæ conſeruatur, ſignis quibuſdã elegantibus in ſumitatē decoratum eſſe dicitur, quæ ſigna elegantia, nullã cum verſuris ipſis habet ſimili-

Cornu Pariſienſe, quid valeat.

Digitized by Google

ſimilitudinem. Quid plura? cornu quòd illud ſit, non nego. Quo verò ſigno, in animali vnicum, quòd fuerit, cognoſci poſſit, nō video. Et qđ magni hac in re momenti eſſe exiſtimo, hoc eſt; ſingula apud Principes recondita cornua, Vnicornu nomine vocata, in omnibus ferè interſe vel maximè differre; eſtq. hoc apud omnes manifeſtū. Aut igitur omnia falſa; aut ſaltem vnum tantum verum; idq. quod nam ſit, quo argumento determinari poteſt? Non quidem ſuis proprijs conditionibus obſeruatis; non habeamus ſiquidem conditiones cornu Monocerotis determinatas, diſſidentibus interſe, vt antea docuimus, in illis tradendis ſcriptoribus omnibus. Minus etiā quia illius vires fuerint experientia confirmatæ. Pariſienſes ego Medicos tàm pręſentes, quàm vita functos appello: Mortuos autē eos intelligo, qui de rebus Medicis rectè quāplura ſcripſerunt, ſuntque hi numero plures, quorum pręcipui mihi ſemper viſi ſunt, Ioannes Fernelius Ambianus, Laurentius Ioubertus, & Augerius Ferrerius, quorum neminē cornu in Vrbe ſeruati, tam excellentes aduerſus venena omnia vires, prædicaſſe, videre eſt; huiuſq; rei teſtimonium aliquod ſuis in ſcriptis, inueniet nemo. Et tamen Medici fuere doctrina excellentiſſimi, & fama celeberrimi. De medicamētis multa ſcripſerunt volumina: Venenorum notitiā habuerunt exactam: Ipſis Galliæ tunc temporis Regibus, alijsq. Principibus viris totius Regni omnibus, medicinam fecerunt: Publicis in Gymnaſijs toto eorum vitę tempore è ſuggeſtu medicinā publicè docuerunt; neq. alicubi, aut aliquando illius cornu facultates eas miras, extulerunt. Hoc verò tempore Pariſijs, & alibi in toto Gallię Regnò viuētes Medicos, per propriam eorum conſcientiā exoro; quid de Gallico illo cornu ſentiant, publicè teſtentur; numq. pręcipuè talem eius Alexipharmacam facultatem cognouerint, aut aliquando ſaltem fuerint experti. Quęrant obſecro ad communem hominum illius Regni vtilitatem, rei huius veritatem; deq. illius cornu admirandis facultatibus, ſi quę ſint, alios certiores faciant. Num alias de eo experientia recta fuerit ſumpta, intelligant: Num item ad venenorum pręſentiam ſudet, & in aqua poſitū ebulliat: Num tandem exhibita venena, aut omnia, aut aliqua euincat, verè experimentis cognoſcant. Ego ſanè rem hanc qua debui diligentia, & animi attentione dum conſideraui; in eam tandem veni deliberationem: in altiſſimo, & ſacratiſſimo eo loco, tale cornu repoſitum fuiſſe & ſeruari, tāquam res quędā ſit non vulgaris pulchritudinis,

pere-

peregrina & inſueta, ac viſui gratiſſima; non alium ſanè in modū, quàm in multis Italię eccleſijs, ſtruthij cameli oua, è fornicibus pendere conſpiciuntur. Etenim ſi admirandas adeò aduerſus venena haberet cornu illud facultates; neq. pręguſtatore aliquo egerēt Reges illi potentiſſimi, neq. eorum quiſpiā veneno vnquam extinctus eſſet, neq. poſthac extingui poſſibile eſſet. Quid? quod ob Regum illorum eximiam pietatem, egentibus per tempora conceſſum fuiſſet, iamq; tot ſeculis elapſis ad nihilum redactum eſſet. Si pręſente veneno illud ſudaret, fidiſſimi pręguſtatoris officio, tutiſſimè ſemper fungeretur. Reges item omnes eius medio à cuiuſq; veneni clandeſtinis inſidijs tuti eſſent & fuiſſent. Omnes preterea & ſinguli de veneno hauſto ſuſpicantes, de eius portione habenda, vitę cauſa, ſolliciti fuiſſent; à Regum illorum caritate ardentiſſima illud omnes impetraſſent; eſſetq. illud iam ferè totum conſumptum. Intactum tamen adhuc & omni ex parte integrum illud eſſe audio. Baccium verò eiuſq. ſectatores tantam fiduciā in hoc cornu reponentes, illudq. tot laudibus extollentes, dicant, rogo; quo argumento fracti, talis cornu aduerſus venena omnia facultatem, prędicent, prędicareue potuerint. Illud internè quomodocunq; ſumptum, tales vires minimè exercere, liberè etiā faſſus eſt Baccius; ſed vel poculum ex eo confectum à uenenis defendere; uel illud idem in bibēdum liquorem aliquem, intinctum; ſiue etiam in anuli formam, vel aliam quamlibet, redactum & geſtatum, determinauit. Eſt tamen ut diximus, adhuc integrum, intactumq; & politum cornu totum. Quo igitur ducti conſilio, qua experientia uel authoritate freti, talia de eo prędicari à quoquā potuerunt? Video itaq; quòd ad pauca reſpicientes, de facili, ut dixi, pronuntiarunt. Sum itaq. in eo totus ut credam, de re huiuſmodi qui diſſeruerunt, ſi quę antecedebāt, quę ſequebantur, animaduertiſſent, diligenter; talia tantaq. de hoc cornu non aſſeruiſſent; quod ſanè in re tanti momenti erat illis omninò faciendum. Hoc certè non ualdè miror, minuſq; doleo, quia non ſit huius ęui hoc proprium; cùm & Galenus ipſe in libro 2. de comp. med. per gen. cap. 13. egregiè conqueſtus fuerit, quòd plèriq. medicorum a pharmacis, quę optimi quiq. Medici, longi tēporis experientia ſatis probarunt, eaq. nobilia reddiderunt, hac ratione ſolum abſtinent, ut ipſi melius quippiam pręter maiores, habere uideantur; cùm tamen ſcire deberent, his ipſis celebrioribus medicamentis, quę ab omnibus, laudantur, haud facilè aliorum ullum

Galeni q̄rela de Medicis med. ſine rōne prędicantib.

lum

lum reperiri, quod ſit prȩſtantius. Nos uerò in huius Gallici cornu conſideratione, paullò longiori vſui fuimus oratione, vt aliorum particularium cornuum, quæ propoſita ſunt, eadem inſeruire poſſet; quorum ſanè nulla probari debere qualia prædicantur, eædem allatȩ rationes, oſtendunt. Summatim itaq. & per capita tantum, ea conſiderabimus. Quod in Argentina Vrbe, in eccleſiæ ſuæ maioris ſacrario adſeruatur cornu; vnius altioris hominis longitudinem cùm habeat, ſitq. tantæ grauitatis, vt mirū ſit animal cuiuſuis magnitudinis poſſe tantum in fronte pondus ferre, & colorem habent inter pallidum & flauum; illud certè, Aelianus, Philes, Solinus, Plinius, Albertus Magnus, & Oppianus, Monocerotis eſſe, negarent; nullā ex iſtis conditionibus, cornu Monocerotis cùm tribuerint illi.

Vnicornu in Argentina, vanitas.

Eorum item duorum cornuum quæ in Regis Poloniæ theſauris, cuſtodiuntur, ad hominis proceritatem magnitudo, ea è veſtigio dānat.

Vnicornu Regis Poloniæ, vana.

Illud etiam, quod Anno Chriſti nati M.D.XX, apud Heluetios in ripa fluminis Arulæ apud Burgam, inuētum eſt, Marchioni Badȩ eius ditionis Domino, conſignatum, colorem habet externè pallidum, igniq. expoſitum, muſci odorem ſpirat; propter quas conditiones, Monocerotis quòd ſit, verè dici non poteſt. Odor immò ille, impoſturȩ ſuſpicionem habet maximam, cornua ipſa, gratum odorem, ſpirare nullus adhuc cū animaduerterit: ſenſu immò iudice, ingratum potius odorem emittunt, igni expoſita.

Vnicornu Heluetiorum, vanitas.

Damnandum pariter eſt deſcriptum ab Alberto Magno cornu, propter eius longitudinem decem pedum, & vnius ſpitami cum dimidio in ſua baſi latitudinem. Facilè ſanè nobis & cuiq. fuerit, hęc de hoc cornu & altero proximè prȩcedente, credere, quando & Baccius ipſe nullam in eis fidem repoſuerit.

Vnicornu Alberti Magni, dānatur.

At neſcio quo deinde argumento fretus, aut qua ratione perſuaſus, Magni Hetrurię Ducis cornu, illudque quod in Vaticano in Pontificijs domibus, conſeruatur, tantopere ille laudauerit. Pallidus enim eorum cornuum color, bouinaq. magnitudo, quid omninò diuerſum à deſcripto Monocerotis cornu, ea eſſe oſtendunt.

Magni Duces Hetruriæ cornu, quā fidem habeat.

Dediſſe Regem Luſitanum Illuſtriſſimo Cardinali Alexandrino cyathum ex cornu confectum, credimus: Damus etiam illud ſolo intuitu, nobilitatem ſupremam quādam, prȩſeferre. An propterea, venenorum enincēdorum facultas in eo eſſe cognoſcitur? Si colorem eius album palleſcentem, ſpectes; ſi illud idem politioris & ſolidioris conditionis, eboris, vt dicitur, inſtar, eſſe animaduerteris, diuerſitatem maximam inter ipſum, & Monoce-

Cyatum Cardinal. Alexand. quid valeat.

roti

Ducis Mātua Vnicornu cōſideratio.

roti aſſignatum cornu, cognoſces. De eo tandem cornu quod Mantuę Dux Sereniſſimus in ſuis theſauris habet reconditum, quid dicendum? Nulla eius vel quidem minima conditio explicata eſt, cuius medio aliquid de eo certi enuntiari poſſit. Neq. ideò ſola eius commemoratio, ſuarū inſignium facultatum, teſtimonium eſſe poteſt, certum. Dicamus igitur de hoc & de omnibus alijs ſimul, quocumq; in loco illi reperiantur; nihil de his certi, quod ad venena ſuperanda attinet, affirmari poſſe. Si namq; talem facultatem habere dicuntur, quia à Monocerote deciderint: certè ab hoc animali, quod deciderint, nullum, vt diximus antea, certum habent ſignum. Ipſius immò Monocerotis cornu quale ſit, & quas cōditiones habeat, minime rectè, ſcriptores antiqui, determinarunt; non conuenientibus illis interſe, vt antea docuimus, in eo deſcribendo. Vnum etiam & quodq. eorum cornuum quę commendata ſunt, ſuę experientię medio, expectationem non expleuit, nec deſiderio ſatisfecit; nulloq. propterea apud Dominum ſuum, contra venena eſt in vſu. Vidit eam difficultatem Baccius, quę ad cornuū prędictorum conditiones diuerſas attinet, eiq. ſatisfacere conat⁹ eſt in prima ſui tract. parte, fol. 63. ſufficere dicens, cornua hęc ſimilia interſe eſſe maior i ſaltem ex parte, ſiue in pluribus: impoſſibile minime cùm ſit, immò ferè neceſſe, eiuſdem ſpeciei indiuidua, differentiam aliquam ſuſcipere, interſeq. variare; vel Cœli, vel aeris, vel regionis, vel educationis, vel ętatis, vel deniq. artis ratione. Huiuſq. aſſertionis confirmationem à ceruinis cornibus, deſumi poſſe, dixit; quę primis annis vnius conditionis ſunt & figurę: alijs ſuccedētibus, oīa multipliciter mutāt. Sic & artē ipſam, diuerſimodè cornua omnia, immutare poſſe, affirmauit. Nos quidem artis medio, inanimata quęque miro quodam modo immutari poſſe, concedimus; hincq. rerū adulterationes & impoſturas auri cauſſa, ortū ducere, certi ſumus. Hęc tamen in rebus ipſis cognoſcendis, & veris à falſis certò diſtinguendis, magno vtiq. eſſe impedimento ſemper exiſtimauimus. Cùmq. experientiam ipſam, ad horum cornuum veritatem determinandā, prędicatamq; eorum facultatem cognoſcendam, certi nihil ſuum habere poſſe, demonſtrauerimus: dictorum quoq. cornuum, huius eiuſdem argumenti medio, dignitatem & certitudinem, ex toto auferri, dicimus. Cœlum, aerem, regionem, ętatem, & educationem, inter eiuſdem ſpeciei indiuidua diuerſitatem aliquam conſtituere poſſe qui negauerit; is totum naturę ordinem, ſe euertere, & nega-

re

re ſciret. In ipſo autem Monocerote,iuxtà ea quę de eo ab antiquis in ſcriptis relata ſunt,talia obſeruare quempiam potuiſſe, quis affirmauerit? Indiam vnam eſſe eius regionem conſtituerunt Ælianus, Philes,& Solinus;nulla igitur diuerſitas in hoc animali quę ſit momẽti,ex regione euenire poteſt. Habere Indiam regiones aliqua ex parte diuerſas, certa res eſt; ex toto tamen cùm non differant,eſſentiales quoq. differentias & abſoluta, in vna atq. eadem re, facere haud poſſunt. Vt vt ſit; in vaſtis ſolitudinibus, & deſertiſſimis locis, tale animal viuere, vbicunq; viuat, adeoq; ferox eſſe, vt viuũ capi nequeat, ſcripſerunt omnes. Quis igitur, regionis, ætatis, educationisq; diuerſitatem obſeruare potuit? At quominus id obſeruari vnquam potuerit, ipſemet Baccius in prima parte ſui tractatus fol.56.His verbis clarè ſignificauit. *Somigliantemente pare che ſia piacciuto à quel miracoloſo Architetto, & grande Iddio, che l'Alicorno ſia raro in tutte le coſe della natura: argomento, s'io non m'inganno, per vn'altro gran ſecreto di natura; che ſi come ella ſuol' eſsere rara in tutte le coſe d'importanza, e mirabile (come teſtè diceuamo del Balſamo liquore di ſua natura, & di virtù incomparabile, & della Fenice, & delle Gemme.) Coſì debba parimente eſſer questo animale, ò il ſuo corno in qualche prerogatiua miracoloſa. Et per ſegno di ciò manifeſtiſſimo, egli ha per inſtituto naturale di eſſer ſolitario, andar per i deſerti, & allontanarſi in modo da i luoghi più praticati, che pur miracol taluolta ſe ne troui qualche corno, che per auentura (come habbiamo detto del legno aloe) da quei gran deſerti, l'arrecano i fiumi, & quelle gran piene, morto che ſia l'animale à qualche riua, laonde ſe n'ha pochiſſima copia: E il più dicono ritrouarſi ſotterrati nelle riue de fiumi:* Porrò, hoc modo ſi ad hominum manus peruenit cornu huiuſmodi; quo argumẽto, quo ſigno, alioue modo, ab ætate, regione, educatione, & aere, productę in eo diuerſitates cognoſci poſſint, nulla ex parte videre licet. Dicas etiã, rariſſimam hanc huius cornu conſtitutam copiam, argumento eſſe certiſſimo, numerum eorum in tota Europa multiplicem adeò, eius veritati aduerſari, impoſſibileque eſſe talia cornua omnia ſida & vera. Suſpicabitur & forte fortuna ingenioſus aliquis, cadens à mortuo animali cornu per fluminum plenitudinem, tanto itineris ſpacio, per aquas deductum, in ripa fluminis alicuius multis annis ſepultum, vires omnes ſuas & præſertim occultas amiſiſſe. ſuſpicionis author fuerit ratio ipſa, & magni ſcriptoris authoritas. Olaus Magnus in deſcripta talis animalis hiſtoria in lib.18.Hiſt. Septentrional.cap.2.dicti animalis vngulam aduerſus epilepſiam grauiter pugnare affirmauit; ſi inter reliqua à viuo animali dempta fuerit. At deinde longo adeò tempore in aqua merſum cornu, & in terra ſepul-

Vnicorn. numerus in Europa mult° ſictè ab eo ſubducit.

Digitized by Google

ſepultum, propriam humiditatem vt amittat, extraneã vt acquirat, facultateſq; ſuas deperire, omninò neceſſe eſt. Ea nunc conſideremus quę de Vnicornu iſtius proprietatibus in medium adductæ ante fuerunt, & quam veritatem habeant, quamq. fidem mereantur, determinemus. Neq. certè eſt, vt ex iactis à Baccio fundamentis ad inueniendas, vt dixit, iſtas proprietates, aliquod in dubium reuocemus; ſint ſiquidem omnia ex ipſius naturalis Philoſophiæ principijs ſelecta veriſſima ſolidiſſimaq;. Sed ad ipſas proprietates immediatè nobis veniendum eſt, & quæ in veritate ex dictis fundamentis deductæ ſint, inueſtigandum. Et in primis, vere verum eſſe fatendum eſt [illegible] vſq. à mundi initio [illegible] ſcriptores, & poſt Helęos [illegible] [illegible] figuris pulcherrimis aſſociatam, Vnicornu [illegible] ratio-nem, feciſſe, [illegible] principuè continentias ſignificat. Fortitudinem [illegible] [illegible], rectitudinem [illegible] [illegible] ſenſibus [illegible] tuiſſe, debuiſſeq;, Sacræ [illegible] locos omnes adducimus, [illegible] que eſſe allegorias [illegible] [illegible] tas, peruerſus, ipſiuſq. [illegible] Opus [illegible] itent ambigendum, allegoricas figuras ingenio & argutijs [illegible] ſumptis ab huius animalis vnico cornu [illegible] [illegible] tas olim fuiſſe: Antiqui puti Vnicornu in [illegible] quacũs pictum caſtitatis, & continentię [illegible] [illegible] à ſcripto modo dicti animalis capite [illegible] adductis, quę ingenioſa ſatis ſunt, & iudicij plena, [illegible] quid ex his colligitur, quod cornu iſtius contra venena omnia [illegible] ſtret, ſignificet, vel etiam tantummodo innuat? Mirer certè, & ſatis mirari haud poſſum, virum doctum, eruditum, & in dialectica diſciplina egregie verſatum, [illegible] fuiſſe ratiocinio. Vt reor ipſe, ne eius mentem lingua præcurrit, [illegible] [illegible] ratus erat prius animo [illegible], talia fortaſſe non ſcripſiſſet. Sed nimio cornu huius [illegible] deſiderio concitatus, [illegible] prompſit; dicendi libertate, [illegible] propria eſt, nimium ſæpè vſus, non animaduertit, ob occaſionis diuerſitatem, periculo multiplici. Præterea [illegible], ex his figuris & allegorijs, facultas [illegible] cornu [illegible] delineata eſt: non enim id [illegible] determinatum fuit, Sic igi [illegible] egregius, particularis [illegible] locuti ſunt eas in duplici conſtitues [illegible] alias occultas eſſe dicens.

Allegoria Vnicornu, vel eam in eo noſtram facultate [illegible].

Priores

Priores, eaſdem cum alio quouis cornu eſſe ſuppoſuit: quas nos paullò ante, recitabimus, refrigerandi, exiccandi & adſtringendi eſſe docentes; de quibus quidem nulla, apud aliquem eſſe vnquam poterit, dubitatio. Occultas verò, eſſe eas quę venena omnia quęq. fuerint, euincunt, & putredinem excellentiorem, febres facientem peſtilentes, ſuperant, non minus ac Bolus Armena, Terra Lēnia, Lapis lazuli fragmenta pretioſa, cornu cerui & corallus; idq. recentiorum ferè omnium Medicorum commune placitum fuiſſe, dicit. Qua in re, erat vt animaduerteret, conſenſum hunc medicorum, dupliciter intelligi poſſe: vel eorum qui ſuam ſententiam in ſcripta retulerunt, quos pauciſſimos fuiſſe, paullò ante hæc docebamus: atq. ex his longè adhuc pauciores, rem probè confirmaſſe, nullumq; metam attigiſſe, paucis poſt, ſumus oſtenſuri: Vel medicorum viuentium, qui hoc tempore medicinæ incumbūt, numero longè plures, Vnicornu miras facultates prędicantes, eoq. magna fiducia ſedulò vtentes. Hi verò, vel quia rem attentius, vt conuenit, non conſiderarunt, medicamenti excellentiam ſupponentes; vel ſola aliorum medicorum imitatione ducti, ſic agunt: Atq. hos ipſos, quicunq. illi fuerint, & quotquot vbiq. hoc vtantur medicamento, his noſtris d[illegible] eſt, certiores volumus factos. Cœterū, ad has Vnicornu proprietates patefaciendas, non inanem exiſtimatam fuiſſe conſiderationem eam video, quòd rariſſimè inueniatur. Naturam enim, induſtrij Principis, prudentisq. Oeconomi inſtar, non vbiq. Vnicornu produxiſſe, dicitur, ſed in longinquis tantum terrarum partibus, locisq. deſertis & penè inacceſſibilibus: ſicuti de auro gemmis, alijsq. rebus pretioſis fecit. Egregia ſanè eſt hęc quoq. argumentatio; cuius conſequentia, non inanis modo, ſed penitus falſa eſt: Si n. ob eam cauſam habet Vnicornu vim Alexipharmacam, quia rariſſimum ſit, & in partibus remotiſſimis, deſertiſſimisq. locis genitum, & quia rariſſimè haberi poteſt: Talia igitur omnia talem habebūt facultatem, gemmæ nimirum aliquæ, & res pretioſę quędam. Nihil certè ex hac rerum inueniendarum difficultate, earumq; raritate colligi poſſe video, preter maius pretium: hacq. de cauſa ſoli Principes & diuites viri ea poſſident interdū. Subſtantiam deinde habere Vnicornu ſolidam, egregiam formam, materiam non multam, ſplendidam, puram, ſtellarum materię æmulam, vt lapides multi pretioſi, licet dedero: (de ſplendore eius neſcio quid verū ſit) uires tamen admirandas & propemodum celeſtes, ei propterea in-

Medicorum conſenſus duplex.

eſſe, non conceſſero; quia ſic, res omnes eiuſmodi, unius eiuſdemq. facultatis eſſent. Neq. quidem hunc vel illum lapidem prætioſum, hanc vel illam proprietatem occultam habere, ex eo cognitum eſt, quia materia illius ſit ſplendida, ſolida, pura, & egregiam habeat formam: ſed quoniam experientia eam commonſtrauit. Quæuis itaq. fuerit Vnicornu ſubſtantia, vel forma; Alexipharmacam facultatem quòd habeat, non docuiſſe adhuc experientiam, demonſtrauimus antea abundè. Quo quidem eodem reprehenſionis genere, argumentum illud refellitur, quod ab excellentibus Vnicornu exterioribus conditionibus, deſumebatur: cùm illud venena nō ſuperet: quia denſiſſimum ſit & graue ſupra quęq. alia cornua, albū in ſua materia, purum, vniforme, & vnicū in ſuo animali: ſed quia id ſua forma ſpecifica quęq; illa ſit à natura eſt conſecuta. At hoc, vt diximus, minime adhuc patefecit experientia. Quòd ſi qui tale argumentum approbare vt verum voluerit: is vnicum cuiusq; animalis cornu talem vim poſſidere, vt fateatur neceſſe eſt; cum in vnoquoq. eorum, ex enarratis conditionibus exterioribus multæ, reperiantur. Scripſiſſe Auicennam in tractatu de viribus Cordis verè iuſtèq. & nos dicimus, mirandam eſſe eam vim quæ caliditatis effectus ſine ſua caliditate, & frigiditatis ſine frigiditate, producit, hoſquenon artis auxilio, ſed ex propria vi inſita. Vnicornu tamen, hunc in modum, cōtra venena ſuas vires exercere, liberè negamus; qui potè iam ante, hiſtoriæ ab Æliano & Philoſtrato deſcriptæ de Indiæ Regum poculis ex Vnicornu conſtructis, vt ſe ab omnibus morbis, venenis, & periculis tutos redderent, vanitatem, oſtēdimus manifeſtè. Eos nunc Medicos, ſiue eorum Medicorum ſcripta cōſiderare tempus eſt, quos ſuis factis experientijs, Vnicornu tantopere decantatam facultatem, cōfirmaſſe, dicebatur. Primus adductus

Marſilius Ficin' cōſideratur & refellitur.

eſt Marſilius Ficinus, qui in lib. de Vita Cœlitus cōparan. cap. 12. & in lib. Antidotus inſcripto cap. 5. Vnicornu ipſum contra venena & Peſtem commendauit. Primo enim in loco, dum in eo argumento verſaretur, vt res naturales atq. artificioſas, habere virtutes à Stellis occultas, per quas ſpiritum noſtrum Stellis eiſdem exponunt: ea ratione vtebatur; Vt, quum proprietates eiuſmodi, earumq; effectus, elementari virtute, conſtare non poſſint; conſequēs eſt à vita ſpirituq; mundi per ipſos Stellarum radios, ſingulariter proficiſci; ideòq. per eas ſpiritum affici quamplurimum, atq. quāprimum, cœleſtibusq; influxibus vehementer exponi. Hac n iq. e,

ſub[illegible]

ſubdit, Smaragdus, Hyacinthus. Saphyrus, Topazius, Rubinus, Vnicornu, præcipuè verò lapis Bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarum proprietatibus, prędita ſunt. Et idcircò, nō ſolum intus aſſumpta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibiq. ex calefacta uirtutem ſuam promant, uim inde cœleſtem ſpiritibus inferunt, qua ſe contra peſtem tuentur atq. uenena. Quòd autem, hęc ſimiliaque tale aliquid agant uirtute cœleſti: id argumento eſſe dixit, quia etiā exiguo pondere ſumpta, non exiguum habent in agendo momentum; quod elementari qualitati, uix unquam eſt conceſſum: Materialis enim uirtus, ut agat multum, materiam deſiderat multā. Formalis autem etiam cum minima materia ualet plurimum. Simili uirtute in primis Phœbea, Peonia carnem tangens, contra caducū morbum ſpiritus armat, uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus & Calcidonius aduerſum atræ bilis illuſiones, Iouis pręcipuè Venerisq. uirtute: cœteraq. ſimiliter huiuſmodi quadam proprietate. Myrabolani iuuentutem ſeruunt, acuuntq. ſenes & ingenio proſunt, atq. memoriæ, propter Iouem in primis Saturni temperatorem atq. Mercurium ſenſus amicum. Quam quidem arborem fortè aliquis in Paradiſo ad vitam prorogandam extitiſſe putabit, & quæ ſequuntur. At in ſecundo loco: Vnicornu collo ſuſpenſum, ita vt pectus tangat, ſiue ore detentum, à peſte præſeruare ſcripſit. In cap. deinde eiuſdem libri 6. Raimondum, & Arnoldum, Vnicornu idem præſtare voluiſſe, adnotauit: Sicuti & Granatas, Rubinos, Carbunculos, Sapphyros, Palladios corallos, Grana tinctorum, & lapidem in capite Aſpidis inuentum. Vrget ſanè multum, tanti ſcriptoris qualis Ficinus fuit doctiſſimus in Medicina, Philoſophia & Aſtrologia præſertim, authoritas. Sed ſi in rebus Medicis ijsq. quæ ad medicamenta pertinent præcipuè, ſola attendenda eſſet authoritas: manus ſine mora amicæ eſſent illi dandæ, & fatendum liberè, rem ſic ſe habere. Quoniam autem quæ de medicamentis affirmantur, non alium in modum probari debere Galenus determinauit, in his omnibus libris, quæ de ſimpl. med. facult. de cōp. med. per loca & genera, q̄ ratione & experientia medijs: neutro autem medio Vnicornu mirabilis hæc facultas, adhuc demonſtrata cùm fuerit; profectò approbari ea neq; debet, neq. poteſt. Experientiā ipſam, nullam in hanc vſq. diem ei tribuiſſe fidem, planè & abunde antea demonſtrauimus. Quòd vero ratione quoq. careat, eiuſdē ipſius Ficini authoritate, confirmatur, proprietatem hanc Vnicornu

eſſe

eſſe affirmantis, à virtute Stellarum, & influxu earum medio, traditam. Quamquam ſine dubitatione verũ ſit, ſecundo in loco ex alterum mente locutum fuiſſe Marſilium, Raymundi. ſ. & Rainoldi nõ ex propria. Hos ſanè ſcriptores, authoritatis ſpernendæ nequaquam eſſe, dixerim. Sed quam fidem alijs ab eis enumeratis medicamentis, dari poſſe, docuit experientia, & cognouerũt Medici ſcriptores, res ipſas accuratè magis conſiderantes: eandem Vnicornu ipſi tradendam eſſe, negari haud poſſe vel debere, exiſtimo. Saphyro, Topatio, Granatis, alijsq. enumeratis gemmis, quas vires contra venena ineſſe [illegible] quid quaſi etiam de tali cerũ facultate, [illegible] Dioſcorides, Galenus, Oribaſius, Aetius, Auicenna, [illegible] Serapio [illegible] ſcripſerunt, docet, alijq. [illegible]. Eſto. Non ſufficere tamen, ipſi [illegible] grauitatem tãtam q. firmandam per [illegible], tolli [illegible] illos [illegible] do commemoraſſe. De quibus plura de [illegible] differentes in ter-

Gẽmarũ vſus in Medicina quomodo cognoſcatur van.

tia huius tractationis parte, à nobis dicentur. [illegible] vana eſſe omnia quæ de hara [illegible] gemmarum facultate ſcripta leguntur; hoc vel vno per[illegible] quiſq; [illegible] argumento, quod ea [illegible] planè apud omnes [illegible]. Quæ [illegible] ex propria ſententia priori in loco affirmauit Ficinus, ea, qui [illegible] veritatem, vanitatis plena, & omninò inania eſſe fatebitur. Vnum id pro omnibus ſufficiat aduertiſſe; Myrabolanos, iuuentutem ſeruare, acuere ſenes, & ingenio prodeſſe atq. memoriæ, ille dixit: Quæ ſi vera eſſent, rectè ſanè cum omnibus hominibus ageretur, tãdiusq. omnes, ſenio corriperemur; ſemelq. correpti, memoria nunquam deficeret noſtra, ſicuti nec ingenium ipſum; quod ingraueſcenti hominũ ætati è diametro aduerſatur, eſtq. in ipſa natura omninò impoſſibile. Ridicula profectò talia multa legimus, quale illud Serapionis ſcribentis; qui Hyacinthum, vel ex eo ſigillum geſtat, à fulgure tutus eſt; atq. hanc huius gemmæ virtutem, latiſſimè diuulgatã eſſe dixit. Quin etiam Vnicornu, ſine adiectione alia ſcripſit Ficinus, vt cuius animalis illud ſit (plura.n. eſſe audiuimus Vnicornia inter ſe diuerſa animalia) diſtinguere, haud curas. Adducẽs

Braſauoli ſententia de Vnicornu conſideratur.

deinde eſt Antonius Muſa Braſauolus, in ſuo examine ſimplicium cap. de Memorab. qui hec ſcripſit. *Sed & Vnicornus vel Monocerotis [illegible] habebis, non autem falſi; nam multi lapidem vice cornu Monocerotis habent: imo omnis ferè. Subniger eſt color aut ſubcineritius. Duo integra cornua Venetijs in ærario D. Marci reconduntur, omnium quorum viderim pulcher-*

uberrima & maxima ſi hoc cornu alicubi habere poteris curã; quippè veneno aduerſatur, & puerorum vermes interficit. Cornu Monocerotis conditiones, variè adeò antiquos ſcriptores tradidiſſe, antea docuimus, vt de eo nihil certi poſſit determinari. Incertiorem facit eius cognitionem, ſignum quod tradidit hic ſcriptor; color nimirũ ipſius cornu, ſubcinericius, vel ſubniger, diuerſus valdè ab eo colore quem eidem tradiderunt, Ælianus, Solinus, & Philes, nigrum inquã abſolutè. Nec etiam vnius ſui coloris medio, quiſquis tandem ille fuerit, tale cornu cognoſci poſſe, certa res eſt, ille verò huius ſolius ſigni meminit. Scripſit item, [illegible] pro Vnicornu, lapidem quendam vidiſſe: eſt illud igitur rariſſimum, & propter [illegible] obſcuriſſimum. Et duo quæ Venetijs in D. Marci theſauro recondita ſunt cornua, quam [illegible] apud Medicos mercantur, [illegible] antea [illegible] fecimus. Veneno verò aduerſatur Vnicornu, [illegible] adhuc notam fecit experientia: Vermes quòd interficiat, quia exiccat valdè, refrigerat & adſtringit, quod & facit ceruini cornu, maximè q. ſi vſtum fuerit, ſicuti & cornua quæq. [illegible] fatemur libenter. Dicamus [illegible] huius in arte medica [illegible] ritatem, eiuſmodi non eſſe, [illegible], adeò [illegible] & obſcuram, ex ſe cõfirmare & manifeſtare poſſit. Hoc idem à Petro Andrea Matthiolo, viro aliàs quidem in herbaria peritiſſimo, [illegible] conuenit. Vltimo loco [illegible] vidi A[illegible] Mundellam Brixianum, ſcriptorem omnium [illegible], & inter ſui temporis Medicos, in vrbe ſua [illegible] primum. [illegible] itaque atteſtatio quantum aduerſarijs faueat, & quibus argumentis Monocerotis cornu vſum in Medicina commendet, ex his quæ ille in vltima ſua Epiſtola, ad Antonium Muſam Braſauolum, hunc in modum ſcripſit, facilè fuerit cuique intelligere.

Vermes occidere cur poſſit Vnicornu.

Matthioli opinio de Vnicornu examinatur.

Mundelli ſententia de Vnicornu conſideratur.

De Monocerotis cornu, latius profectò ſe locutũ fuiſſe optarem, vtpotè de quo etiam in remedijs [illegible] cura eſſe debeat, quando vſq; adeò hoc noſtro æuo Medicorum inualuit conſuetudo, vt [illegible] & fœminis, verminum natura & prauis eorum vexatis [illegible], nec non ijs qui venenum hauſerunt, aut à cane rabido, aliiſue [illegible] venenatis, percuſſi ſunt; morbiſue alijs grauiſſimis implicitis; vltro illorum iuſſu, nulla de eo conſideratione habita, bibendum detur: Quibus autem rationibus, [illegible] teſtimonijſue doctorum hominũ, aut laudabilibus experimentis id agant, equidem, quod verè affirmare poſſim, non habeo. Aelianus quidem, & Plinius, vel ſi quis eſt alius præter hos, Monocerotis effigiem, graphicè pinxerunt: De illius autem cornu viribus, quatenus ad medicinam attineat, nec ipſi, nec quiſquam alius (grauis modo fuerit ſententia, &

au-

authoritate vir) quicquam poſteris memorandum reliquit. Mihi quidem vnquã vt verum fatear, nec audire quenquam, nec legere contigit, qui de illius cornu mirabili quam prædicant poteſtate, aliquid ſcriptum reliquerit, quod verò a s ſubnigrum hoc eſſe, vel ſubcinericium, nos illud non comperimus; verum nigrũ eſſe, iuxta Plinij ſententiam, quapropter tu, qui apud Principem agis, eum q (vt audio) rerum nouarum cupidine ardentiſſimum, probè feceris, cùm nactus ille fuerit, Monocerotis cornu recens, non autem quale hodie ad medicos vſus vſurpari videmus, longinquitate temporis, in admodum ſanè à cornu, diuerſam naturam conuerſum, ac, ſi quas habere credendum eſt, nullorum virium (vetuſta enim medicamenta, vt ſunt, liquores ſucci, flores, folia, fructus, radices, ſemina, non modo omnino fugere conuenit, ſed & metallica; quandoquidem & ipſa longo temporis ſpacio vires ſuas amittunt) ſi certam de eo prius perfecto, iuxtà Galeni doctrinam, experimento, poſteritati tradideris, notitiam; ne tot exteris petitis regionibus, tamdiù miſerrimi decipiantur ægroti, quod tibi, vt æquiſſimã rem petenti, illum non abnegaturum ſcio. Adeò enim nunc hominum genus vniuerſum quamcunque orbis partem, vel remotiſſimam perluſtraueris, circunforaneis iisq. vberrimis medicamentis ſcatet, atque incertis & noxijs remedijs, magicisq; artibus & præſtigiaturis, & diuinandi varijs modis; qui quidem à ſpeculatione Medica longè diſtant; vt nullam artem, medicina inconſtantiorẽ eſſe, verè ſcripſerit Plinius, nec Romana maieſtate dignum. quæ quidem & à Galeno abunde quoq. deteſtata ſunt, & his verbis in primo de rat. vict. in acut. morbis, explicita: controuerſia enim iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem, oſtendit; concordia verò magnam cognitionis ſpem demonſtrat, & diſcipulos non ſolum allicit, ſed credulos reddit: & eam diſciplinam, idiotæ quoq. veriſſimam exiſtimant, in quorum numero Mathematicæ quoq. ſunt &c. Sed vt illa ab omnibus in ſummo honore, vt par eſt, habeatur, quæ præcipuè Hipocrat. & Galenus tradiderunt, & ſi qui ſunt illius ordinis viri, ea vt ſana certaq. nobis ſequenda ſunt; & hactenus experimentis credendum, quatenus certa ſunt & conſtantia. Medicos autem in primis vitæ probitate cæteros antecellere oportet, nec nõ ſingulari doctrina præditos eſſe: tum ſi qua vel caſu, vel peritiorum hominum induſtria & cura, vt pleraq. alia in lucem recens emergunt remedia; ea quidem priuſquam, aut ægris, aut alijs ad tuendam valetudinem, dentur; aut etiam foris corpori admoueantur, certa cum ratione & diligentia, examinanda ſunt; quod vt facias, non ſolum in eo de quo nunc eſt noſtra oratio, ſed etiam in pleriſq; alijs medicamentis, plurimum te rogo atque obſecro; quæ licet (vt ſcis) certa ſint, & ambigua; mirificè tamen à noſtræ ætatis Medicis, tantam omnium maximè præſentanea, & commendantur, & deſiderantur.

Iudicet itaq. quiſq. ex his huius doctiſſimi viri ſcriptis, Vnicornu commendet ne, an potius damnet: videat proinde & verè cognoſcat, quo quãdoq. ferantur homines, alicuius rei maximo capti deſiderio: omnia arripiunt: omnia approbant omniaq. tandem in ſuã ſententiam, conſpirare, falsò ſæpè imaginantur: quod ſanè aduerſarijs noſtris eueniſſe, quiſq. poteſt animaduertere, qui ad cornu Mono-

Monocerotis commendationem: eos quoque in ſuam opinionem vertere non ſunt veriti, qui magnis, iuſtisq. vocibus, id ex profeſſo reprobarunt. Cœcos facere homines deſiderium dixit Menander, & viæ ducem cœcum ſibi illum adhibere, verè dixeris, qui clauſis oculis ſcribit. Hęc de eorum Medicorum authoritate, qui Monocerotis cornu facultates Alexipharmacas commendaſſe dicebantur. Scio plerosq. alios, qui de Peſte, & morbis peſtilentibus ſcripſerũt, Vnicornu vſum in talibus morbis non ſpreuiſſe, laudaſſe imò etiam grauiter. Sed rei tantum authoritate vulgari freti, id eos exiſtimaſſe bonum, veriſimile nobis fit. Niſi etiam dicere quis voluerit, à cœcis cœcos ductos, omnes in foueam cecidiſſe, reiq. veritatem, vt decebat, attentiùs non inquirentes; ſed ſolo Vnicornu decantato nomine contenti, tantis eius promiſſis, ſine ulteriori diligentia credentes: quorum quidem authoritas ne tãtillum quidem, eos Medicos mouere debet, qui ſe rationales profitentur. Logiatros illos Medicos, & verbotenus tantũ, Galenus tales appellauit lib. 3. de comp. med. per gen. cap. 2. qui medicamentorum quibus vtũtur nullam quęrunt notitiam. Quod dictum fuit de Iulio III. Pontifice Max. qui à Raguſęis mercatoribus portionem Vnicornu, aureorũ nummorum duodecim mille pretio emit, vt nobile, quod erexerat pharmacopolium, nobilius redderet, cuius cornu vim Auguſtinus Riccus, tunc temporis illius Pontificis Medicus, in febribus peſtilentibus, fœliciſſimo ſucceſſu confirmauit. Id verò mea opinione, nullam habet rationem, qua decãtatę Vnicornu facultates, poſſint confirmari vnicum dixerim fuiſſe experimentum, perfectam minime conſtituens experientiam. Sua deinde frigiditate & ſiccitate, earum febrium putredini reſiſtere potuit tale cornu: quo ſanè argumento perſuaſi cuiuſque cornu vſum, non in his febribus tantum, ſed etiam in multis alijs putridinoſis morbis, interim moroſis collegis, Vnicornu in medium proferentibus, & laudantibus, admittere ſolemus. Ea tamen lege, vtilem eius vſum fore dicimus, ſi ab adſtringenti qualitate, qua velint, nolint, præditum eſt, euidens ægrotanti damnum non immineat: imminet autem in putridis febribus propter obſtructiones euidens & multum: ideoq. niſi ſymptomatis alicuius cauſſa, adſtringere neceſſitas ferat, tutius omninò fuerit, ab eo abſtinuiſſe, quod poteſt nocere plus, q̃ iuuare valeat; de qua re plura in Controuerſijs noſtris ſcripſimus. Dicamus ad hæc non hoc uno medicamento vſum fuiſſe Medicum illum in dictis fe-

Logiatri Med. qui.

Iulij III. empt. conſiderata.

Vnicornu quãdo cõceditur moroſis collegis.

bribus, ita ut ei uni iuuamentum ipſum aſſignari minime poſſit. Adductum quoq. eſt experimentum de cornu Illuſtriſſ. Cardinalis Triden. in columbis ſumptum, eiuſdemq. aduerſus fungos venenoſos auxilium, ſicuti & contra peſtilentes febres. cui argumento quæ proximè dicebantur, & quæ antea de experientia facienda fuere à nobis determinata, ſatisfaciunt. In eâ verò parte, in qua ſummis laudibus Vnicornu hoc celebratur, quia præſente veneno ſudet; ſuæq. excelſæ virtutis ſignum hoc conſtituitur euidentiſſimum; non minus ac in alijs, hoc aſſerentes, decipi exiſtimo. Detur illis ſudare tale cornu præſente quolibet veneno: neq; tamen hinc neceſſariò ſequitur, venena omnia ab eo ſuperari: manifeſtare venenum non eſt euincere, cùm ſint effectus diuerſiſſimi. quorum alter ſine altero eſſe poteſt. Et ſicuti vim hanc eius Alexipharmacam adhuc non demonſtrauit experientia (huius enim ſolius medio eam cognoſci poſſe, iam oſtenſum eſt) ita quoq. affectus huiuſmodi planè admirandus, ſudoris præſente veneno emittendi, in hanc vſque diem, non innotuiſſe manifeſtum, ſum ipſe ſine dubitatione certus. Pro Dij immortales, qualia, quantaq. de hoc effectu ſcripſiſſent in hãc vſq. diem, viri grauiſs. multi, ſi verus eſſet? quis quæſo etiam hoc tpe, tale quid admirãdum in his cornubus, quę ſub nomine Vnicornuum, apud Principes Europeos in Theſauris ſuis adſeruata ſunt, eſſe teſtatus eſt, vel etiã nunc teſtatur? Mirari cuiq. noſtrum vel maximè licet: qui hæc cornua cõmendarunt, dũ cõmendarẽt, eorumq. facultatem excelſam prædicarent; Signi huius tam euidentis non meminiſſe; quibus ad facultates eas tam inſignes confirmandas, vnum hoc in medium attribuiſſe, ſat fuiſſet; ſudare. ſ. cornu præſente veneno. Eia age tandem, vt res hæc ſemel pro veritate terminetur, neq. amplius apud aliquem, dubium hac in re poſt hac remaneat aliquod, Reges, Principes, & Optimates quoſq. alios, talia cornua in ſuis theſauris recondita quæ habent, ſupplices rogemus, & deprecemur omnes, id demũ diligentiſſimè experiantur, ſemel, bis, ter, ſæpe, ac ſæpiſſimè experimentum faciant, cuiuſcunque veneni genere vtentes: Aiq. res ſic ſe habeat verè cognoſcant, veritatẽq. deinde in humani generis vtilitatem; palam omnibus fieri iubeãt. Ego ſanè in eorum totus ut credam; vaniſſimã rem hanc eſſe; neq. vnquam eiuſmodi horum cornuum admirandum effectum, obſeruatum ab aliquo fuiſſe. Curioſi ſunt ſua naturâ Reges, & Principes omnes: eis omnibus venenorum clam propinatorum, periculum

immi-

Experimentum Vnicornu Ill. Card. Trid. conſideratur

imminet perpetuum. Medicos quiſq. eorũ habuit ſemper, nunc<del></del>que etiam habet, doctrina inſignes & vſu exercitatiſſimos, quos omnes cornuum iſtorum vires cognoſcere noluiſſe, omni ex parte veriſimile eſt: & tamen neminem, verbo & ſcriptis, de re huiuſmodi quidpiam teſtatum fuiſſe, veriſſi ma res eſt. Neque eſt, vt Reges ipſos, & alios Principes tantæ ſoccordiæ eſſe cenſeamus, vt euitato prægustatorum ſuorum periculo, eo potius non uterentur vitæ ſuę defenſore, qui ad eos fallendos, & perdendos, neq. prece, neq. pretio, odio, aut ſpe aliqua, induci poteſt. Quinetiam talem aſſertionem, & hanc huius cornu conditionem, vaniſſimam eſſe inde colligere poſſumus, quod antiquorum ſcriptorum, qui de Monocerote ſcripſerunt, nemo, ne per ſomnium quidem, huius admirandæ conditionis meminit. quid de Monocerote dico? Aliorum animalium, quæ vnicum habent cornu facultates, ſi quæ in eis cognouerunt, enumerarunt, nullusq. hanc mirabilem proprietatem, in eorum cornu aliquo, eſſe prędicauit. Caret igitur authoritate aſſertio huiuſmodi: caret & ratione, quæ potè id omninò impoſſibile eſse doceat. Sunt id longa oratione ex profeſſo aggreſſi, Andreas Marinus in Tract. de Vnicorn. fol. 31. & Paulus Cigalinus in ſuis de febre peſtilen. prælectionibus, pluribus argumentis, rei huius impoſſibilitatem, manifeſtè demonſtrantes; idq. clarè adeo ab eis actum fuiſſe uideo, vt rem actam iterum agere, ſuperfluum apud nos ſit, & indecens, atque eo magis quod aduerſarij ipſimet, liti hac in parte cedere coacti tandem ſint, & fateri: cornu quidem hoc ad veneni præſentiam verè non corripi ſudorem, neque humorem illum à principio moueri intrinſeco; ſed cùm ſolidum ſit, & politum, vnà atque externè frigidum, id ab aere extrinſeco ei obiecto, ſuſcipere dixerunt; vaporem ſcilicet quendam ſudori ſimilem. Quapropter, dicebant, ſiue à proprietate occulta id prouenire, ſiue à principio intrinſeco; vel etiam fortè, veneni qualitas aerem inficiens, elegantiam eius contaminet, in modum menſtruatæ mulieris ſpeculum in quem inſpicit contaminantis, & plantas, per quas pertranſit, exiccantis; ſufficit, pręſente veneno cornu ſudare; quòd eò magis vt verum & poſſibile ſibi perſuadere potuerunt; quia Ceraſtis ſerpentis cornua, & Diaſprum (Linguam ſerpentinam dictum) præſente veneno ſudorem emittant & ipſa. Profectò dum ſe his armis tueri, conati iſti ſunt, ſuamet vulnera longe latiora effecerunt. Nonne cornua polita & ſoli-

da artis medio talia effecta eſſe ipſi teſtati ſunt, cùm ſit verum Vnicornu ſua natura ruuidum, aſperum, & impolitum? propter igitur ſoliditatem, & politam eorum ſuperficiem, id euenit eis, ob ſuę naturę proprietatem aliquam intrinſecam. Porrò etiam veneni qualitatem, aerem inficere poſſe, ſi eis dedero: id euidenti ſua pręſentia, vt faciunt, neceſſarium omninò eſſe, affirmato. At cibis mixtum venenum, tectam habet ſuam pręſentiam, aeremq. propterea inficere, potens non eſt; ex cõſequẽtiq. ad veneni pręſentiam detegendam, minime aptum erit Vnicornu; non eritq. hac in parte eius vſus pr ficuus, immò nunquam, quia ſemper, clãdeſtinę hunc in modum ſunt venenorum inſidię. Quod ſi cornu hoc in ſuo naturali ſtatu fuerit, ruuidum, aſperum, & impolitum, pręſente veneno ſudorem emittet nullum, etiam quod aerem infici contingat; quia vapor ille aereus in aquam verti haud poterit à re impolita: ſicuti & menſtruata fœmina, ſpeculi ornamenta; quia impolita, non inficit, ſed ſpeculum tantum, quiã politum & ſolidum. quanquam etiã

Mẽſtruata mulier ſpeculum nõ inficit.

quàm veritatem habeat exemplum huiuſmodi; experientia quotidiana oſtendit. Nolo autem an Diaſprum, & Ceraſtis ſerpentis cornua, præſente veneno ſudent; diligentius hoc loco inquirere; mihi cùm ſufficiat demonſtraſſe virtutem talem in Vnicornu non eſſe. Affirmatum etiam audiuimus vt certum, veri non adulterati Vnicornu proprium eſſe præſente ueneno, in vino, vel aqua poſitum, ebullire. Ego verò tale argumenti genus, vanitate ſcatere multa, af-

An Vnicornu pręſente veneno in aqua bulliat.

firmare minime vereor, multiſq; modis repręhendi poſſe, animaduerto. Antiquorum in primis ſcriptorum, qui de Vnicornu, quodquod fuerit illud gerens animal, ſermonem habuerũt, nullus huius proprietatis meminit. Ebulliendi deinde ratio, ab ipſius cornu manifeſtis qualitatibus, peti poteſt manifeſta; quia nimirum ſit valde ſiccum, tum ſua natura, tum etiam ob aduentitiam ſiccitatem antiquitatis illius ratione (neq. enim niſi poſt longa tempora poſtquã ab animali deciderit cornu ad noſtras manus peruenire, conſtitutũ fuiſſe, audiuimus) in humoreq. poſitum aliquo, mutuò interſe agẽtibus contrarijs qualitatibus; ſiccitate ſcilicet, & humiditate, motus illi ebullitioni ſimilis excitatur. Atq. ideò ſi præſente veneno ebullitio hęc fit, etiam ſine ſua pręſentia id euenire, experientia oſtẽdet. Experiatur qui voluerit cuiuſuis generis cornu quod pręcipuè propter antiquitatem ſiccius euaſerit, ſtatimq. euenire obſeruabit, quòd in humore poſitum, ebullitio dicta excitabitur, maximèq. ſi

vſtum

vſtum contingat eſſe cornu; quod idem rebus multis vſtis, qualia ſunt, lateres cotti, calx viua, pumexq. arida euenit. Dic tandē, ebullitionem hanc pręſente veneno, ſi fieret etiam propter occultā eius proprietatem, non demonſtrare propterea facultatem Alexipharmacam, cùm ſint duo effectus diuerſi, vt de ſudore dicebamus. Vtq. in hoc ſigno, vel maximè decipiuntur, qui verū illud eſſe exiſtimāt: ita è contra veriſſimè dixiſſe potuèrunt, ebullitionem hanc, valdè exiccantis huius medicamenti facultatis, indicium eſſe certiſſimū; cuius ratione, putredini etiam excellenti, reſiſtit valenter, vermes enecat potentiſſimè, non ſecus ac bolus Armena. Hæc itaq. quæ hunc in modum de Vnicornu ſcripſimus, ſi vera ſunt, vt certè veriſſima, euidentiſſimisq; rationibus confirmata: quàm verè in ſuo corolario collegerit Baccius, planè conſtat: eſſe Vnicornu inter res in tota natura digniores connumerandum; gemmisq; auro, & cuicunque rei pretioſę, ęquiparādum. Nimis profectò uniuerſalis eſt rerum omnium in tota natura dignarum, comparatio. Nobis nunc ſufficit cognouiſſe, ſciuiſſeq. imaginariam rem quandā eſſe hoc Vnicornu vanitatis plenam, & fermè ridiculam, auro quidem & gēmis, hominum auaritiæ, & ſoccordię cauſſa, ęquiparādam; apud omnes tamen tam minime ęſtimatam, ſed apud idiotas tantum quoſdam credulos, & mulierculas. Etenim, quod ad Principes attinet; habere eos in theſauris ſuis talia cornua recondita ob peregrinam eorum pulchritudinem exteriorem, & raritatem, ij vel facilè ſibi perſuadere poterint, qui iudicio ualent; nec communes & uulgares hominū opiniones inconſideratè commēdant: ſed rationis vnius medio rerum cognitionem quærūt habere, veritatemq; ſibi in omnibus, pro fine conſtituerunt.

Baccij corolarium examinatur.

Quòd verò Vnicornu nomen ab hominum memoria adhuc non ceciderit; cum imperitę multitudinis credulitatē; tum hominum multorum auaritiam, cauſſam fuiſſe potentem, latius antea patefecimus, ſicùti & quid de Vnicornu ſentiant ſacræ, & profanæ hiſtorię. Et quod aduerſariorum opinionem ex toto dānat, hoc eſt: quòd cùm huius Vnicornu facultatum, nullam reddi poſſe rationem ipſi quoq. conſtituerint; ſicùti & rerum aliarum plurimarum: ad eas propterea probandas, vni ſtandum voluerunt experientiæ. At damnaſſe experientiam, non confirmaſſe medicamentum hoc abundè, ni fallor fuit à nobis demonſtratum. Sed quid potuit inanius de Vnicornu enunciari, quàm eius famam minime ob id minui, quia promiſſi effectus admirandi, minime conſpiciantur

Vnicornu nomen cũ in hoĩum memoria conſeruetur.

cui-

euidentes? ſufficit, eorum opinione, famã huiuſmodi ſemper fuiſſe communem, & in magna apud omnes gentes commendatione, & in maximo pretio. Quaſi certè, & gentium commendatio, & auri inſigne quoduis pretium facultates tam excelſas ei potuerit, tribuere. At nec pulchritudinem eius, nec ſplendorem, ſubſtantiæ ſinceritatem ſine macula tot annorum ſpacio conſeruatam, vnà cum coloris energia eaſdem in res illi ineſſe, demonſtrare potuerunt: ſunt, credimus, futiles adeò hę rationes, ut nullam ferè mereantur in reprehenſione temporis iacturam, atq. eò minus; quia, vt non ſemel dictum à nobis eſt, non ſplendeat, nō careat macula, & coloris energiam habeat nullam; deſcriptum ab Antiquis Monocerotis cornu, quod rimidum, aſperum, impolitum, & coloris impensè nigri, corũ aliqui eſſe dixerunt. quid plura? legat qui voluerit, quæ idem Baccius ſcripſit, eumq. ipſum faſſum fuiſſe intelliget, rem vanam virib. adeò excelſis cariturem, eſſe Monocerotis cornu: Namq. in Epiſt. quam Illuſtriſs. & Excell. D. Camillę Perettę, Xiſti V. Pont. Max. ſororis, de Vnicornu virtutibus & vſu, ſcripſit; quam Epiſtolam totius ſuę tractationis epitomen eſſe voluit, in fol. 108. hęc habuit.

Vnicornu rē uanam faſſus eſt Baccius.

Quali operationi poi poſſan fare, veramente tanto gl'interi, quanto i rotami del vero Alicorno è à queſta curioſità non ſia chi effetti da me coſe inſolite, & noue, & per dir così, miracoli; de' quali in queſto io non ſon ſtato mai degno di vederne alcuno. Nè sò veder miracolo maggiore in tutta queſta materia, che quantunque l'Alicorno ſi vegga verificato con tante auttorità ſacre, e d'altri approuati ſcrittori, e ſi veggon molti corni corriſpondenti del tutto à queſte deſcritioni, e nondimeno per tanti ſecoli paſſati, non ſolo non s'habbi hauuto mai certezza nè dell'animale, nè di che ſpecie ſia il corno, ma nè anco ci è memoria delli corni ſteſſi ſopranominati, d'onde foſſero portati à Roma, à Venetia, & à Parigi, come, e quando, & che operationi ſi ſiano viſte fare più dell'ordinario, ſe nō che sẽpre ſon ſtati in ammiratione commune, e'n pregio di milliara de ducati.

ſed lōgè clari⁹ poſtea in fol. 110. in fi. epiſt. hũc in modũ locutus eſt,

E come chiaramente ſi vede del Diaſpro, e della Pietra del ſangue à ſtagnar il ſangue, e dell'Vnghia della Gran beſtia contra le vertigini, al mal caduco, e di altre gemme di di virtù miracoloſe, che operano per virtù propria, attaccate al collo, ò ſu'l cuore: così queſto pretioſo corno ſi debba vſare, non in poluere, nè preparato, nè combuſto, nè in beuande, ma in due modi famigliariſſimi, cioè, che ſi tenghi, come ſi è detto, in forma d'anello, ò d'altra gioia, nel cuore, e ne i polſi. E di più, che nelle occaſioni de veleni, ò delle febri peſtifere, s'infondano detti anelli, ò gioie nelle tazze con vino, ò con altro liquore, nelle quali è coſtume di quei Prencipi Indiani beuano. Conſideret itaq. qui hęc legerit, quantam virtutis in eo cornu repoſuerit tandem, vt Amulætum atti-

lium tantum illud commendat; internè ſumptum nullas exercens uires: licèt ſtatim ſui ſine dubio immemor, infuſum illud in uino, uel alio humore, commendet. Hunc igitur in modum propoſitam de Vnicornu diſputationem determinare nobis licuit, planeq. oſtendere, eſſe illud rem uanam, commentitiam, ſuperſtitioſam, infidam, & impoſturis plenam: calliditatis aſtutiſſimæ, & auaritiæ medio apud imperitam plebem, & idiotas homines, exiſtimationem, & famam retinentem. Ab eius uſu rationales Medicos in poſterũ abſtinere, conueniens & rectum erit, & fateri, uiribus aduerſus uenena omnia peculiaribus, illud carere prorſus periculoſum addimus nos eſſe eius uſum in uenenis euincendis. Qui enim oblata ueneni occaſione, eo, ad fugientem hominis uitam retinendã uſus fuerit, & in eodem fiduciam omnem repoſuerit; ſua ſpe & fiducia delusus, uenenum in ſuo robore relinquet, & pro uita mortem euenire tardè intelliget: ſic & in peſtilentibus dictis febribus, hoc uno qui uſus fuerit medicamento, putredini quidem aduerſabitur quadam tenus, ſed exiccando. Sed nõ facultate illa Bezaartica, niſiq. adſtrictionem ſimptoma aliquod indicauerit, obſtructiones augendo nocebit nõ iuuabit. Nos verò, libero hæc, & ingenuo ſcripſimus animo, qui ueritatis ipſius ſtudio iam uſque ab ineunte ætate, tenemur maximo. At licèt perſuaſum habeamus, certiq. etiam quodãmodo ſcimus, difficillimum fore; vt ab initio quoque dicebamus, eos ad ueritatem reuocare, qui inueterate alicuius opinionis ſeruituti, ſeſe totos iampridem addixerunt; falſiq. argumentis animum habentes præoccupatum, cæcorum more, quæ alijs conſpicuè uera apparent, videre, nequeunt: Speramus tamen, illos qui prudentes ſunt, & ueritatem ſincerè amant, ſecus facturos, cuſtodituros nimirum ea quæ ueluti indicandi inſtrumenta, nobis & à natura, & ab arte data ſunt, ad medicamentorum cognitionem ueram & rectum uſum: experientiam dico, & rationem: eiuſq. propterea medicamenti nomen & uſum: quod nec ratio approbauit, nec experientia confirmauit, perpetuæ obliuioni conſecraturos.

Totius tract. epilogus.

Primæ partis finis.

DE LAPIDE BEZAAR
PARS SECVNDA
Præfatio.

Bezaar in gemmarum numerus.

BEZAAR vocatum lapidem in tota Europa ſic commendari, vt in gemmarum numero, earumq; quæ auro æquiparantur, & etiam illo pretioſiores eſſe, exiſtimantur, collocauerint homines, res eſt hoc tempore unicuique manifeſtiſſima. Eſt propterea apud omnes in tanta exiſtimatione, ut illum & Reges, & Principes omnes habere deſiderent; eundem diligentiſſimè quærant, & in theſauris recondant ſuis. Illum habere ſe excellentioris cuiuſdam pulchritudinis approbatũ, gloriæ cuiuſdam ſingularis loco ſibi eſſe exiſtimant. Longè tamen apud eos, & gentes alias omnes creuit eius opinio & habendi deſiderium; quòd venenis omnibus, & morbis alijs grauiſſimis quamplurimis, illum aduerſari, ex Arabum familia Medici inſigniores, primi teſtati ſint; Serapio, Raſis, Auicenna, Auenzoar, Rabi Moyſes & Auerroes. Et ex his morbis, quos lapidem hunc euincere, illi enunciarunt; præcipuę eſſe uidentur uocatę febres peſtilentes, peſſimę earum putredinis cauſſa, ſic appellatę; hoc ſanè quo frequentiſſimę, quarum occaſione etiam, lapidis Bezaar, frequentior, ut ipſe arbitror, euaſit apud Medicos uſus. Licèt enim talem lapidẽ primi cognouerint ante ſcripti Arabes Medici, eiuſq. facultates omnes inuenerint, experti fuerint & patefecerint: non multò tamen poſt eorum tempora, uſq; ferè ad præſentem ætatem, deliuit quodammodo huius lapidis memoria, obliuioniq. traditus eſt;

Bezaar vſus cur hoc tempore frequentior.

eſt; ita vt Reges ipſi, Principes, & ſubſecuti Medici, de eo ſolliciti minime fuerint, nec quicq̃ de eo ſcripſerint. Graſſari cùm cœperũt iam multis ab hinc annis, febres illæ quę ob macularum, culicum morſus referentium, in toto corpore erumpentium, efflorſcentiã, peſtilentes quidem appellatę ſunt, ſed (licèt non verè) nouę iudicatæ; reuiuixit Lapidis Bezaar, memoria, & de eo habendo, ſolliciti eſſe cœperunt homines, egregie illum commendantibus Medicis. Reges ſanè ipſi, & potentiores quiſq. facillimè potuerunt perſuaderi, cùm res illis proponeretur inſueta, peregrina, promiſſis egregijs plena, auroq. multo redimenda. Hos ſecuti ſunt protinus idiotæ homines, & populus vniuerſus, tantis confiſi promiſſionib. maximaq. eius rei Medicorum laudatione freti; vt iam ab eius generis febre, ſine tali medicamento, ſe liberari poſſe, exiſtimet nemo; Augetur in dies opinio huiuſmodi, maiorq. lapidi datur fides; Medicis ipſis, in febres has mali moris, incidentibus, Bezaar ipſum, ſine mora proponentibus, ac planè extollentibus. Aſſentiantur ſtatim vnà cum ægrotantibus adſtantes ipſi, lapidemq. hunc àuidè etiam expetunt, diligentiſſimè quęrunt, ſumptui parcunt nulli, & bonæ fortunæ loco habent, illum à Medico approbatum inuenire.

Potentiores cur facilè perſuadẽtur ad quærẽdum Bezaar.

Spectarunt quàm ocyſſimè vulgatam hanc & vniuerſalem huius Lapidis commendationem, eiusq. communiſſimum deſiderium, impij homines & auari, auro tantũ inhiantes: cognouerunt, arbitror, hominum in his rebus nouis credendis facilitatem leuitati, iunctã: neceſſitatem rei ab ipſiſmet hominibus, ſibi conſtitutam, obſeruarunt diligenter; lapideq. huiuſmodi raro exiſtente, de adulterio cogitare cœperunt protinus, facilè ſibi futurum rati, in tanta animorum affectatione & credulitate ſe homines fallere poſſe. Animaduerterunt fortaſſe etiam, facilius quemq. credere quod deſiderat; deſideriumq. ipſum, vbi intenſum fuerit, mentis oculos ſæpiſſimè efficere caligãtes. Voti compotes celerrimè facti ſunt; ab huius Lapidis conditionibus diuerſis; faciliori, potentioriq. ad fallacias, & impoſturas, ſibi ſtrata via. Cùm enim, regionis & accidentium multorum cauſſa, in colore conſiſtentia, figura, magnitudine, & pondere, lapides iſtos inter ſe non parum differre, ſępe contingat; facilius quoq. euenit, vt poſſint illi arte confici, & pro veris adulterati, hinc inde portari. Eò verò facilitatis peruenit hęc impoſtura, impiorum hominum iudicia acuente auaritia; vt bellè adeò conficiantur lapides iſti, quòd impoſturæ detectio, impoſſibilis ferè euaſerit. Eſt au-

Bezaar adulterãdi occaſio.

tem damnum hoc multò grauius, & longè facilior apud eos impoſtura, tutaq. magis; quia in his vſq; regionibus in quibus colligitur lapis iſte, iamdiu incœpiſſe adulterium, fieriq; illud aſtutè magis, teſtati ſint apertiſſimè, Garzias ab Horto Medicus Luſitanus: Nicolaus Monardes Medicus Hiſpalenſis: Chriſtophorus Acoſta Medicus Africanus: & Ioſeph Acoſta Hiſtoricus Indicus. Etenim propriæ regionis in qua naſcitur lapis hic teſtimonium; illius bonitatem & ſinceritatem, multis perſuadere ſæpiſſimè potuit: ſicuti & qui ſunt in Regum, & Magnatum manibus à Medicis ſæpè multis, & idiotis hominibus, ſine vlteriori diligentia, commendantur. Timere Medicos ipſos interim, Regum & Potentiorum lapides huiuſmodi, non commendare, potuit à multis obſeruari; nullumque propterea aliud de eis quærunt iudicium; nullamq. de eorundem præſtantia, & veritate facere audent explorationem; ſicq. etiam ſtrata adulationi via, damnandos ſępè commendant lapides. Profectò ſolam lapidis pulchritudinē, ſiue in colore, ſiue in figura, ſpectare Medicos pluries etiam obſeruauimus; huiusq; vnius obſeruatione, pleno ore illum commendari, audiuimus. Atq; hoc magnorum ſępè malorum cauſſam eſſe efficacem, quis dubitabit? Hanc igitur ob cauſſam tāta fides his lapidibus inconſideratè danda non eſt; ſed antequam commendentur cautè prius incedendum eſt, & diligenti ſolertia vtendum. Nos quidem frequenti nobis oblata occaſione, lapidibus iſtis vſi fuimus, nuncq. etiam vtimur: promiſſa tamen tanta, eos non expleuiſſe; expectationi ex toto non reſpondiſſe, quòd diligentiſſimè obſeruauerimus, bona fide teſtari poſſumus: quod idem rationi conſonum eſſe, planius poſtea ſumus in ſequentibus oſtenſuri. Non propterea, veri, genuini inq. lapidis dignitatem imminuimus, authoritatem infringimus, optimasq. illius facultates, negamus; qui illum pro febrium malignarum curatione maximè laudamus, & eo etiam ſedulò vti debere Medicos profitemur. Sed in eo eligendo dignoſcendoq́., ob ſecretiores impoſturas, & clandeſtina adulteria, facillimè Medicos decipi poſſe, admonemus.

Scribēdi occaſio. De hoc itaq. lapide ob hanc potiſſimum cauſſam, ſcribere inſtituimus, tutius & vtilius vti tali medicamento quò poſſint Medici ipſi; perfidas impoſturas pro virili euitantes.

Ordo tractationis. Ea verò à nobis illius inſtituetur tractatio, quæ nomen eius aperiat prius, & eſſentiam demonſtret: animalis ipſius in cuius ventre ſuccreſcere lapis fertur, nomine & Regione declaratis, qua de cauſſa lapide hunc

in eius ventre ſucereſcere contingat, inquirentes; cuius item formæ illæ ſit, cuius coloris, conſiſtentiæ, magnitudinis, & ponderis, aliuſue conditionis, ſi qua ſit. Suarum deinde facultatum inquiſitionem adijciemus diligentem, & quibus illę morbis aduerſentur, inquiremus. Modum inſuper vſus illius docebimus, quo ſcilicet, & quanto tempore, ſit lapis exhibendus; quantum illius ſit offerendum, & quo modo. Quò tandem tutior vſus hic euadat (propter enim impoſturas, non vno nomine periculosè lapis hic offerri poteſt) & ad fallacias euitandas; quot & quibus modis lapidē Bezaar, adulterari cōtingat, inquiremus; & quibus ingeni j s ac modls, adulteria, & impoſturas detegere Medici poſſint, omni ſedulitatę, rimabimur, &c.

Bezaar noīs declaratio.

LAPIDIS huius itaq. nomen diuerſimodè ab antiquis ſcriptum fuiſſe, adnotarunt recentiores. Arabes enim Medici qui primi lapidem cognouerunt (Græcos enim & Latinos antiquiores eū nō cognouiſſe certa res eſt) & primi de eo ſcripſerunt, Hager illum appellaſſe; Perſas & Indos Bezaar: Hebręos Bęlzaar, ſcripſit Nicolaus Monardes lib. 2. de Aromat. ex India aduectis cap. 1. Perſas & Arabes, vnaq. & Taraſone Incolas, Paxar, illum vocaſſe, admonuit Garzias ab Horto lib. 1. Hiſt. Aromat. ex India cap. 45. Nullam tamen in re ipſa differentiam ex hac nominis diuerſitate, exoriri certa res eſt; cùm vnum & eundem lapidem, nomina hæc quæq. nobis ſignificent: à diuerſis ſiquidem rebus ſiue finibus, cuiusq. dictorum nominum deſumpta fuerit, æthimologia. Bezaar enim dictum eſt, quaſi contra venenum; Setapione in lib. de ſimpl. med. ex mineralibus capit. 396. his verbis hoc declarante: *Hager Albezaar, ideſt lapis liberans à venenis, vt theriaca Albezahar eſt nomen Perſicum, & eſt expellens nocumentum: Et boe nomen cadit ſuper duo: vnum eſt quod cadit ſuper omnem medicinam conuenientem alicui veneno eò quòd reſiſtit virtuti eius & expellit nocumentum ab eo per proprietatem, quæ eſt in eo. Et ſeruandum eſt, quòd cadit ſuper lapidem notum, qui conuenit omnibus venenis calidis, & frigidis cum tota ſui ſubſtantia:* Hinc eueniſſe, vt quæcunq, venenis quomodocunq. reſiſtunt, Bezaartica dicta ſint, vnus eſt recētiorum omnium cōmunis conſenſus. Fuere tamen etiā qui dixerint, Bezahart, apud Arabes, ſignificare Antidota vitam conſeruantia. Hager igitur, & Bezaar idem ſignificant, & Arabes, Perſæ, Indiq; in hoc noīe inter ſe conueniunt. Nam & dictio hęc, Hagerum nihil particulare ſignificat, ſed lapidē in vniuerſali. Habet. n. Serapio in loco dicto, plures lapides deſcriptos, quos oēs vniuerſali hoc noīe Hager, appellauıt; Hager Albezahar: Hager Albato: Hager Iacot.

Venenis aduerſantia medic. tur Bezaartica dicta.

Digitized by Google

Nominis autem ratio eſt, quia Bel, ſignificat, Dominus, & zaar, venenum. Harum eorundem gentium aliquam, eos. ſ. qui Coraſſone degunt, Pazar nomine ob id vti ſoluiſſe ſcripſit Garzias ab Horto, quia Pazan, hircum ſignificet, in cuius ventre gignitur hic lapis. Ex Indis aliqui, Bazar dixerunt, quaſi, inquit idem Garzias, dicas Lapidem forenſem; quia Bezaar in eorum lingua, Forum ſignificat; neq. tamen corruptum eſſe hoc nomen ille exiſtimauit, ſicuti nec Bezaar. Rebus enim impoſita ſunt nomina vt ſignificentur: nihilque propterea differt hoc vel illo nomine uti, dummodo res eadem rectè ſignificetur. Nos verò communem huius temporis loquendi modũ inſequentes, nomine Bezaar, poſthac vtemur ſemper, quod potè etiam ad rem ipſam propè magis accedere videatur. Cùm itaq. Lapidem hunc cognouerint Arabes Medici antiqui, & de illo varia ſcripſerint & multa, fiduciamq. in eodem tantam habuerint, prędicauerintq. etiam admiranda multa: cur ab eorum ætate ad hãc ferè vſque noſtram, annis nimirum plus minus quingentis elapſis, lapidis huius vſus, & ferè nomen deliuerint, & memoria fuerit deleta, operęprętium fuerit quęſiuiſſe. Neq. certè id eueniſſe dici poſſe arbitror, quia toto eo temporis ſpacio prętermiſſa fuerit medicina: ſicuti aliquando imperantibus Romanis, eueniſſe ſcripſit Plinius; aut quia ſcriptor nullus extiterit, vel diligens medicus; vel etiam quia animalis lapidem gignentis ſpecies extincta ſit, vt de Balſami planta ſcriptum fuiſſe legimus: quoniam ijs omnibus temporibus atq. apud Arabes pręſertim, maximè floruit medicina, & maximo in honore habita, & multi de rebus medicis multa ſcripſerũt. Auerroes pręterea, inter poſtremos ex eorum familia, de hoc lapide meminit, eiusq. facultates cognouit, perpetuoq. etiam ad hanc vſque ætatem, dicti animalis ſpecies conſeruata eſt. Duplicem ego huius euentus cauſſam fuiſſe exiſtimo: quod rariſſimæ per ea tempora eſſent ad regiones, in quibꝰ dictum animal viuit, nauigationes: quòd item promiſſis tantis nõ reſponderit lapis huiuſmodi. De eo ob hanc cauſſam nõ fuerunt admodum ſolliciti Medici, mercatoresq. propterea à dictis regionibus illum non exportabant, temporeq. tempori eum in modum ſuccedente, inueterata tandem eſt illius memoria. Licèt enim antiqua & perſeuerans ſemper fuerit ad Orientales nauigatio: frequentior tamen his temporibus ea eſt, ditiores multò ac potentiores cùm facti ſint Hiſpaniarum Reges, alijq. Principes multi. Et poſt Americam inuentam, quod anno

Bezaar vſus cur multo tẽpore viſus fuerit ꝑtermiſſꝰ

ſalu-

ſalutis noſtræ nonageſimo tertio ſupra milleſimum quadringenteſimum fuit; ad occidentales Indias, & pręſertim ad Regionem Peru in qua abundât magis lapides iſti; nauigationes factę ſunt frequentiſſimę; lapidumq. iſtorum copia maior in Europam eſt exportata, diligentioris multò cùm fuerint in multis rebus mercatores, & qui eas regiones perluſtrarunt multi. Sic renouata lapidis Bezaar, & ſuarum facultatum memoria à Medicis ſcriptoribus, Luſitanis, Africanis; & Hiſpanis, deinde etiam Italicis aliquibus, re etiam promiſſis exaltata excelſis, ad vſum iterum frequentem, ſenſim deductum eſt medicamentum; & confirmata tandem conſuetudo. Plura verò antiquitus de eo pędicaſſe Arabes medicos, quàm virtus illi⁹ pręſtare poſſet, promiſſisq. tantis medicamentum non ſatisfeciſſe, fit nobis ex eò omninò veriſimile; quòd hoc quoq. tempore, quo frequentiſſimus vbiq. ejus eſt uſus, obſcurius agere illud uideatur, & minori cum efficacia, ac ſcriptum de eo fuerit. Hoc idem confirmat in dies experiẽtia, de qua poſthac plura ſumus ſcripturi; ſuoq. teſtimonio approbauit Aluarus de Torres medicus Peruanus in Lima eius regionis Vrbe inſigni, id referente Andrea Baccio in ea parte ſui tract. de Lapid. pręcioſis & Gem. quæ de ipſo lapide Bezaar, agit. Nunc ad ipſius lapidis eſſentiam, orationem noſtram cõuertamus: quam quidem recentiores, particularius fortaſſe, ob id non explicarunt; quia lapis omnis Bezaar, quiſquis ille fuerit, terream & craſſam habeat ſubſtantiam; lapidum omnium vniuerſalẽ conſtitutam materiam, ab Ariſtot. Theophraſto, alijsq. omnibus qui de lapidibus ſcripſerunt. Porrò ſic terrea eſt lapidis Bezaar ſubſtantia, quæ ſi teratur, pollinis inſtar, in terram ducitur ſubtiliſſimam: quoniam autem plures eſſe res, quæ terræ ipſi ex qua fiunt lapides, materiam ſuppeditant, ante dicti ſcriptores, docuerunt: terram. ſ. ipſam elementarem quam pedibus calcamus: ſuccorum, ſtirpium, plantarum, aqnarum, metallorum, rerumq. aliarum quamplurimarum genera multa: terræ ideò lapidem Bezaar conſtituẽtis materiam, eſſe herbam quandam affirmarunt recẽtiores illi, qui de eo ſcripſerunt: Ioſeph enim Acoſta è Sanctiſsima Societate Ieſu in cap. 42. lib. 4. Nat. hiſt. & Moral. Ind. hęc ſcripſit: ***Dicono gl'Indiani per traditioni, e dottrina de' ſuoi maggiori, & antichi, che nella prouincia di Xauſa, & nelle altre Terre del Perù vi ſono molte herbe, & animali venenoſi, i quali auuelenano & l'acque che beuono, e i prati, che mangiano, & che ſpirano, & dentro queſt'herbe ve n'è vna molto viua per inſtinto naturale della Vicugna,***

Cur promiſſis tantis nõ ſatisfaciãt Bezaar.

Bezaar quid ſit.

terrea eſt ſubſtãtia Bezaar.

Ex herba fit Bezaar.

&

& altri animali, che creano la pietra Bezaar, li quali mangiano queſt'herbe, & con eſſe ſi preſeruano dal veleno dell' acqua, & prati, & della detta herba creano nel ventricolo la pietra. ſubdēs ſtatim: *queſto è l'auiſo de gl'Indiani ſecondo perſone molto prattiche, che in quel regno del Perù hanno verificato, la qual coſa viene con molta ragione, & ſi confronta con quelle coſe, che riferiſce Plinio delle capre mōtoſe, che paſcolano tra l'herbe auelenate, e non s'infettano.*

Venenum etiā ſuppaditare materiā lapidi Bezaar.

At non ex herba tantum, ſed etiam ex comeſto veneno, materiam terreā huic lapidi ſuppeditari, recitauit Nicolaus Monardes lib. 2. Hiſtor. ſimpl. & Aromat. ex India cap. 1. his verbis: *E opinione, che di quel veleno coſi pernicioſo mangiato da detto animale, e di quelle herbe coſi ſalutifere da lui paſciute, ſi generi la pietra Bezaar:* Huius herbæ non meminit Garzias ab Horto lib. 1. de Aromat. Hiſtor. cap 45. id v. um, qui aſſeruit, fieri lapidem hunc, circū tenuiſſimam quandā pa'eam ſemper augeſcentem, & veluti multis è tunicis contextum: id ſe à viris fide dignis accepiſſe teſtatus, omnes in Perſia collectos, ſimili modo circum palleolam, efformatos, inueniri; ſe ſuis oculis obſeruaſſe affirmans, lapidem huiuſmodi contritum, tenuem paleam in meditullio continere; quaſi innuere voluerit, humores in lapidem conuerſos, circa palleolam illam coaceruari. Non eſt hoc de lapidis huius generatione perpetuum, quoniā inter conditiones optimi lapidis Bezaar, hanc ad enumerari audiemus poſtea, vt in eius medio puluiſculus quidam inueniatur. Neq. certè hoc difficultatem facere poteſt aliquam, quia genitos humores ex herba comeſta, in terram commutatos, circum circa illam palleolam interim coaceruari, dicerent, Monardes, & Ioſeph Acoſta:

Non ex terra fiat Bezaar.

Maiorem ſanè difficultatem facit Serapio, lapidis huius eſſentiam, non ab aliqua terrę ſpecie, neq. hanc ab aliqua herba aliaue re comeſta, produci, affirmans; ſed eius materiam conſtituens eſſe metallicam. Namq. & in tractatu de ſimpl. ex Mineralibus deſumptis ſermonem eius facit; & eius minerам eſſe in terris Syri & Indiæ, & in terris Orientis, admonuit: ex quo, & illud ex toto excluditur manifeſtè, quod ex omnium ſententia in hanc vſq. diem receptum eſſe mox audiemus, ſcilicet in cuiuſdam animalis ventre, gigni lapidem iſtam. Grauis ſanè, & cuiuſdam momenti, difficultas hęc prima fronte eſſe videtur, quæ lapidis huius tractationem omnem ſine dubio confunderet, & obſcuriſſimam redderet, niſi è medio auferretur. Cenſuit Paulus Cigalinus ſummæ apud me authoritatis in rebus Medicis ſemper qui fuit, & quem perpetuo ſuo damno proximis annis medicina amiſit, in eo quem de lapide Bezaar in tracta-

tu

Digitized by Google

tu de febribus, ſermone, inſtituit, fefelliſſe Serapionem nomen lapidis, quem ex mineris erui ſibi eſt perſuaſus. Ego verò de eo ſcriptore, qui in his lapidibus deſcribendis ſeſe maximè præſtitit diligentem, id non auſim affirmâſſe. Cum enim nulla, vel etiam probabilis, aut ſubobſcura ſit ſimilitudo, ventris animalis in quo ſuccreſcere hunc lapidem communiter affirmatum ſemper fuit, cum metallicis mineris ſitq. famoſa adeò, & admiratione plena hęc huius lapidis conditio, turpiter adeò atque oſcitanter virum tantum cęcidiſſe, perſuaderi haud poſſum. Cenſeo ipſe igitur, eo argumento difficultatem hanc auferri poſſe: quòd non ſolum de ſimplicibus medicinis, quæ ex metallicis mineris deſumuntur, ea in parte agat Serapio; ſed etiam de iis, quæ ex lutis, & lapidibus accipiuntur. Titulus ſermonis illius ſecundæ partis libri de medicinis ſimplicibus id in primis demonſtrat manifeſtè, qui ſic ſe habet: *Incipit tractatus de Medicinis, quæ ſumuntur ex mineris, & ex lapidibus, & ex lutis, & ſunt XLIII. medicinæ:* In eadem deinde tractatus parte, Hager Abbato, ideſt Margaritæ; Hager Achtamachi, ideſt lapis aquilæ; & Teri Armeni, ideſt lutum Armenum, continentur, eorumq. eſſentia, & facultates deſcribuntur, quæ certè metallicis ex mineris colligi, nullus, nequidem exiſtimauerit. Neque eſt vt dubitemus, quia dixerit Serapio de lapide Bezaar: *Et minera eius eſt in terris Siri, & India:* qui potè dictione hac, minera; vſus eſt ibi Metaphoricè: cum quidem in ſenſum, vt regionem huius lapidis natiuam nobis ſignificaret. Sic & Medici interim, putredinis febrem facientis, mineram dicunt eſſe in venis. Vides propterea Serapionem eundem, ſemitam eandem inſequentem, in cap. de lapide Aquilæ, hunc in modum ſcripſiſſe: *Et minera eius eſt in montibus Indiæ inter Chinas & Farandin:* neq. propterea ex metallicis mineris, lapidem hunc educi affirmaueris. Hæc ad difficultatem auferendam ſi non ſatisfaciunt, illud certè ex toto ſatisfaciet, Arabicam linguam, nobis non eſſe manifeſtam, Serapioniſq. interpretem; potuiſſe in multis decipi: Noſq. argumenta omnia ex dictionibus latinis Arabicum ſermonē ſignificantibus, aut nihili, aut parui ſemper facienda eſſe, in his quę de turgente materia ſcripſimus, demonſtrauimus. Cœterū, in reliquis lapidis Bezaar conditionibus oībus, idem cū recentioribus, orientalē Bezaar deſcribētibus, ſentit Serapio, & vnà cū eo alij Arabes. Porrò ad rē ipſam redeūtes, quò eſſentialem lapidis Bezaar materiam planius cognoſcamus: res eſt

Minera non ĩ cuã doq. Metaphoricè.

In fine tractatus.

An ex herba, & venenis gignatur Bezaar.

eſt quæ credatur difficilis, ex venenis comeſtis, & ex herba illa poſt aſſumpta, in animalis ventriculo lapidem concreſcere; non ex alia materia. Si enim lapidis materiæ, in aliqua animalium brutorum, aut hominis parte generationem, ſic fieri, rectè Medici ſcriptores conſtituerunt, Galenusq. præcipuè in 3. aphoriſ. com. 26. quia terreum & craſſum excrementū aliquod, à calore partis, in qua cōcreſcit lapis, eximiè aduri contingat, & in lapideam ſubſtantiam conuerti, videre certè non eſt, cur etiam ex alijs rebus comeſtis, craſſum & terreum excrementum gignentibus, in eiuſdem animalis ventriculo, lapis Bezaar pariter ſubcreſcere nequeat, ſicuti ex venenis & herba illa. Rectè quidem id aſſeruerunt Medici, eorumq. dux Galenus præcipuè, de homine ipſo, cuius appetitus ad pleraq. talia edenda, & illa quidem multiplicia ac diuerſa, præter rationem & corporis neceſſitatem, ſæpiſſimè incitatur; ex quo & lapidibus ipſis diuerſa frequentiſſimè ſuppeditatur materia: ſed in brutis, rem ſecus ſe habere; & magnorum virorum ſcripta, & quotidiana oſtendit experientia. Brutis omnibus à natura illud inſitum eſt potiſſimū vt familiare ſibiq. congeneum tantum aſſumant cibum: & in ea q̃titate ſola, quæ corporis eorum neceſſitati ſatisfaciat. Hanc, ſi nunquam, rariſſimè ſaltem excedunt, eaq. pecipuè bruta, quæ ſub hominum cuſtodia poſita eſſe contingit. qua propter, ob ciborum diuerſitatem, & nimiam eorum quantitatem, ægrotare ea & in eis lapides congeri, res eſt euidenter rariſſima. Hanc itaq. eſſe ipſe exiſtimo cauſſam, ꝙ non ex alia re, q̃ ex venenis, & herba illa ab animali lapidem Bezaar generantis, comeſtis, gignatur ille, nimirum: quoniam in alijs rebus comedendis erunt illa minime, ſed vel maximè in illis; ſunt res illę ad excrementum craſſum & terreum producendum, ſua natura aptę; hisq. plus q̃ conueniat, veſcuntur dicta animalia. Ad hoc ea ratione impellūtur etiam inuita, quia venena quę comedunt (an ſint animalia venenōſa, aut herbæ, aut quidpiam aliud, ſcripſit nemo) minime cùm nutriant, in excrementa penitus ut tranſeant, omninò neceſſe eſt. Herbas verò omnes cuiuſcunque generis fuerint, & quę pręcipuè hortenſes non ſunt, vel quod minimum nutrire, excrementa multa producere, ex ijs vnum eſt, quæ à Mdicis omnibus ſine controuerſia recepta ſunt. Sed quòd deinde has comedentes herbas, in quantitate errent, illud in cauſſa eſſe exiſtimo; quòd cum venena iam ad ſatietatem vſque comederint (cur ea comedant, neminem pariter ſcripſiſſe legi) atque ab eis ſe quàm ma-

maximè lędi celerrimè ſentiant, mortemq. timeant, vitæ fugientis retinendæ cauſſa ad herbam comedendam ſtatim accurrunt, ea quã poſſunt ſeſe replent, vitæ ſeruandæ deſiderio, mirum in modum cõcitata; ſatianturq. propterea, & implentur valdè: hincq. crúda in eorum ventriculo colliguntur excrementa, quæ lapidi ipſi, materiã ſubminiſtrant, aptiſſimam. confirmantur hæc omnia ex his quæ ſcripſit Monardes de his aĩalibus talia comedentibus, hunc in modum: *Gl'Arabi uanno ampliando queſta coſa per dimoſtrarne, che dal mangiar i cerui, ſerpenti, ſi viene à generare la pietra Bezaar, in queſto modo: Nelle parti di Oriente ſono alcuni animali chiamati cerui, i quali nel caldo dell'Eſtate, ſe ne vanno alle cauerne de gl'animali velenoſi, doue ve ne ſia gran quantità e grandemente velenoſi, per eſser il paeſe molto caldo, e con l'anelito li cauan o fuori, e li calpeſtano, & amazzano con li piedi, e ſe li mangiano; e dopò di eſser ben ſatij di quelli ſe ne vanno con la maggior celerità che ſia poſſibile à ritrouar' alcun luogo doue ſia acqua, & entrano in quella in modo, che non ne appaia di fuori altro, che il moſtaccio per poter reſpirare; e fanno ciò, perche con la frigidità dell'aqua ſi contempri il gran calor del veleno c'hanno mangiato; e ſtanno là dentro ſenza bere pur' vna gocciola di acqua fin tanto, che ſi diſtempri e rinfreſchi quello incendio, e che ſia loro paſſata la furia di quel caldo. ſtando dentro quell'acqua, ſi genera loro nel lachrimar' de gl'occhi vna pietra, la quale, vſciti dell'acqua, ſe ne cade, e ſerue all'vſo della medicina.*

Ex hac itaq. hiſtoria lapidis Bezaar generationem iuxtà Arabum ſententiam, ſimilem eſſe concludit: eamq. Plinij authoritate, idem de ceruo aſſerentis, confirmauit; quæ quidem eadem hiſtoria de verbo ad verbum etiam à Ioanne Agricola, recitatur. Quòd ſi dixerit aliquis huic herbæ ab hoc animali recitatum in modum comeſtæ, quidpiam à natura inſitum eſſe, cuius occaſione, facillimè in lapidẽ vertatur eius ſuccus: is ſanè inania minimè affirmauerit: Plinio ſiquidem authore, in lib. 21. cap. 11. Herba illa, quam aliqui Ægonicon vocant, alij Dioſpyron, alij Heracleos, gerat iuxta folia veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos, candore, & rotunditate margaritarũ, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea. Hęc igitur eſt lapidis Bezaar materialis eſſentia; quem quidem in cuiuſdã animalis ventriculo concreſcere, communis eſt omnium recentiorũ aſſertio (de hac. n. huius lapidis materia nulla eſt apud Arabes Medicos, qui de eo ſcripſerunt, facta commemoratio) differentibus tamẽ ijs interſe; tum in ipſius animalis nomine, ſpecie, & forma; tum etiã in ipſo in quo lapis in aĩali gignitur, particulari loco. Capriceruum à figura Capri, & parui Cerui ſimul iuncta, tale animal vocari, affirmauit Baccius. Garzias loco antedicto, & Petrus de Oſma in Epi-

Vbi cõcreſcat lapis Bezaar.

Aĩalis in quo cõcreſcit Bezaar, ſpecies, et forma, apud ſcriptores uaria.

L ſtola

ſtola de lapide Bezaar, ad Nicolaum Monardem ſcripta, Hircũ dici & eſſe tale genus quoddam, ſcripſerunt. Maiorem, & ſpeciei, & nominis diuerſitatem fecit Ioſeph Acoſta: Nã in cap. 21. lib. primi ſui Hiſt. Nat. & Moral. Ind. Guancum, & Vicugnem, hoc animal appellari, ſcripſit. Tarugam in cap. 40. libri 4. & in ſequenti eiuſdem libri capit. 42. in quo de lapide Bezaar ex profeſſo agit, hæc ſcripſit: *Nella prouincia di Xauſa, & in altre del Perù ſi trouano indifferẽti animali ſorti, & domeſtici, come ſono, Guanochi, & Pachi, & Vicugne, & Tarughe, et altri aggiongono di altra ſorte, che dicono eſſere capre ſilueſtre, le quali chiamano gl'Indiani cypris, & altre ſorti d'animali ſono nel Perù molto conoſciuti, & ſi ha di già trattato di eſſi:* Paucisque interiectis, hæc ſubdit: *Et che ne i Cerui, & Daini hanno anco trouata la pietra Bezaar:* Monardes in lib. 2. Aromatum ex India cap. 1. capram montanã ab alijs appellari admonuit, & Veruecem. At Chriſtophorus Acoſta loco

Locus in quo ãĩali concreſcit lapis Bezaar, apud ſcriptores diuerſas.

antea ſcripto, magni capri nomen illi dedit. Et Ioannes Agricola Ceruum appellauit. Sunt item diuerſi iſti inter ſe in aſſignando particulari loco animalis in quo gignitur dictus lapis. Viſcera animalis eſſe dixit Baccius: Ventriculum Garzias: Burſulam in ventriculo natam Petrus de Oſma: Ventrem, & ventriculũ Ioſeph Acoſta: Interna viſcera, inteſtina, & pectoris partes concauas, Monardes. Fuiſſe etiam alios, qui in quorundam veruecum oculis gigni hunc lapidem voluerunt, refert Chriſtophorus Acoſta: & alios in veſica fellea: & nonullos in quodam ventriculi receptaculo: Et Agricola in oculis. Quod magis refert; eſt, ſcripſiſſe Petrum de Oſma in recitata ad Monardem Epiſtola; ſe aperto maximo, & prouectioris ętatis animali, neq. in ventriculo, neq. in alia corporis parte, lapidem inueniſſe, quò factum eſt, vt Indicis animalibus ſimilia non eſſe putaret. Percontatisq. Indis, quos vt ei inſeruirent deduxerat, qua corporis parte lapides hæc animalia haberent, ſe quidquam de lapidibus ſcire negabant (ſunt. n. inquit, nobis infeſtiſſimi, nec ſua ſecreta nobis innoteſcere vellent) Indum tamen puerum decem, aut duodecim annos natum, cùm videret eum tantopere id ſcire cupere; in animali receptaculum quoddam, & veluti marſupium oſtendit ei, in quod depaſtas herbas recipiunt, donec eas poſtea ruminatas in ventriculum traijciant. Ibi puerum illico interficere voluiſſe Indos ait, quod ei id indicaſſet: eum tamen poſtea, eo in venatione occupato, interceperũt, & vt intellexerit, ſacrificerunt. Ex hac verò eadem nominis animalis, & partis eius in qua gignitur, inſigni diuerſitate;

maiorem

maiorem in ipſo animali deſcribendo eorundem ſcriptorum diuerſitatem proueniſſe, certi ſumus. Qui animal huiuſmodi eſſe ceruum crediderunt, ipſius quoq. cerui deſcriptionem attendendam eſſe, vt manifeſtum ſuppoſuerunt. Parui cerui, & capri ſimul iuncti huius animalis formam eſſe, Baccius affirmauit; eius magnitudinis, quæ caprum, non ceruum æquet; pilos longiuſculos, coloris flaueſcẽtis habens, ſubtiles valdè. Carolus Cluſius in ſuis ſuper Garziam ab Horto annotationibus, animali huic cerui ferè magnitudinem, tribuit, vnà atq. agilitatẽ; ſed eſſe cornibus in dorſum reflexis, & corporis forma capris ferè ſimili. Petrus de Oſma loco antedicto, valdè ſimile hirco hoc animal fecit, cornibus orbũ, & ruffi coloris magna ex parte. Ceruum abſolutè dixit imitare dictũ Animal Ioſeph Acoſta; qđ idẽ affirmauit Monardes, eo addito quòd cornua habet reflexa, & nõ omninò à capra differentia, ſed latiora, & in ſumitate valdè acuminata: Pilos eius eſſe rubeos, colorem tamen referre cineritium, in quibuſdam; in alijs alios reperiri colores: Vtque clariorem talis animalis nobis traderet deſcriptionem, ſe vnum ex his animalibus vidiſſe teſtatus eſt, & hanc ſcripſit hiſtoriam: *Scriuendo queſto trattato, fui à veder' vn'animale, che deue eſſere queſto iſteſſo, ò pure di quelle fatezze, che ſono quelli di quelle parti: queſto io vidi in caſa del Sig. Archidiacono di Niebla, Signore molto generoſo, il quale era ſtato mandato di paeſe molto lontano per via di Africa, & è di queſta maniera. E vn animale grande quanto vn ceruo e del medeſimo pelo, del medeſimo colore, e pelle del ceruo; ha il moſtaccio, il capo e coda di ceruo, & è leggiero come ceruo; il moſtaccio è di ceruo, ma l'aſpetto è di capra; alla forma del corpo ſomiglia vn capron grande, & ha anco i piedi, come caprone, con due corna riuolte all'indietro alquãto cadenti ſopra il collo cõ le ponte ritorte, che paiono eſſer di caprone, tutto il reſto è di ceruo:* Atq. quidem horum virorum varietates iſtę, in nomine, formaq. animalis, & eius parte in qua gignitur lapis, niſi interſe concilientur, multum de huius lapidis dignitate, demere poſſent. Præſtabimus hoc fortaſſe etiam ſine difficultate, ſi huius animalis natiuum, ſolum, ſiue quam vocant regionem in primis determinabimus. Eſt quidem vnà ab omnibus conſtituta India quę animalium genus hoc alit & generat: cùm verò Indiæ nomine, non modo vera India antiquis dicta cõpręhendatur, ſed & vniuerſus is terrarum tractus, qui a Chriſtophoro Columbo primũ apertus; cùm Indiam quęreret, ad occidentem poſitus, Indiæ nomine donauit, multis ac magnis regionibus diſtinctus; in vtraq. harum Indiæ partium reperiri animal iſtud, omnes pariter in vnum conſentiunt.

Anial in quo Bezaar concreſcit ai uerſimode à ſcriptoribus deſcriptum.

Regio animalis in quo lapis Bezaar concreſcit.

tiunt. Orientalem Indiæ regionẽ indicauit Serapio. Occidentales eius partes proximo ſeculo inuentas, recentiores oẽs, & inter hos, qui eas perluſtrarunt, illis addiderunt. Nouam Hiſpaniam addidit Ioſeph Acoſta. In his tamen omnibus regionibus, ſiue in ſingula quæq. earum prouincia, tale animal non reperiri, ab his determinatum fuiſſe video: ſed in quibuſdam tantũ. Serapio.n. terras Syri particularius expreſſit: Perſiam, & nonnullos Malaccæ locos, Garzias ab Horto. Chriſtophorus Acoſta addidit, Corrazan, Vaccarũ Inſulas, iacentes vltra caput Commorin dictum, quæ ſunt in Oriente. In Occidente verò Peruanã prouinciã omnes obſeruarunt: Huius verò prouinciã Xauſam, Ioſeph Acoſta, particularius expreſſit, additis alijs ſine nomine, & noua, vt diximus Hiſpania. Montes Peruanos, huius animalis natiuum ſolũ eſſe conſtituit, Petrus de Oſma. Porrò, ex hac regionũ in quibus vnius eiuſdemq. generis, ſiue ſpeciei animal viuit, diuerſitate, aliquã in vniuerſali illius corporis forma, eiuſq. colore, & cornibus, reperiri differentiã, impoſſibile minime eſſe is concedet, qui aeris vim, paſcuorum diuerſitatẽ, aquarumq. varietatem, animantiũ corpora, miro quodãmodò immutarę poſſe ſciuerit. Nonne Hippocrates in lib. de aere, locis, & aquis in Scithia boues ſine cornibus ratione ſoli inueniri dixit? Ab animalibus, Plantis, & herbis eiuſdem omninò generis, & ſpeciei, quæ cum in orientalibus, tum in occidentalibus locis, viuũt, & feruntur, exemplũ deſumat qui voluerit, in eiſq. licet eiuſdem ſint generis, & ſpeciei diuerſitatem tamen aliquam; in aliquibus corporis conditionibus, in colore, in magnitudine; adeſſe intelliget, deq. re huiuſmodi, ſcriptores cum antiquos, tum recentiores, ſuis ſcriptis teſtimonium reddidiſſe, apertiſſimum & veriſſimum, inueniet. Boues, equos, & mulos in Europa vniuerſa, neque genere, neq. ſpecie differre dixeris; & tamen in plæriſq. regionibus, in colore, magnitudine, aliquibuſq. alijs corporis conditionibus, ꝙ inter ſe differant, manifeſta res eſt. Nolim etiã aliquẽ grauiter ferre, ꝙ affirmauerim, recentiores iſti diligentiſſimi, in diuerſis etiã aĩalium ſpeciebus, in recitatis regionibus viuentibus, concreſcere lapidem Bezaar; cũ id ipſiꝰ naturę principijs minim è repugnet; hocq. idem vt poſſibile concedat ars medica. Eadẽ errata ex quibus lapidem in aĩali dicto gigni docuerũt illi, ſi cõmiſcuerint diuerſæ ſpeciei aĩalia bruta, eandem herbã ſi comederint, quid prohibeat, eundem in his effectũ euenire poſſe, nõ video. Vnum hoc quidẽ tanquã neceſſariũ ſupponen-

Aĩalia Bezaar generantia cur in aliquibus differãt.

Bezaar ĩ diuerſis aĩalibus cõcreſcit.

ſupponendum eſt, huius diuerſę ſpeciei aĩantia in eo genere vniuerſali conuenire debere, vt cõmuni eiuſdẽ naturę cùm participent, eodem quoq. cibi genere vtantur: ſecus neq. eodẽ modo lapidem illũ congererent; vires in genere ſaltẽ eaſdem ille non haberet, cũ tamẽ herbæ illius medio, Alexipharmacã vim lapidem acquirere, voluerint, vt poſtea intelligemus, recitati ſcriptores. Apertè id teſtatus eſt Ioſeph Acoſta loco anteſcripto; oĩa & quęcunq; animalia lapidem hunc gignentia, in hoc conuenire affirmans; ꝙ ruminant, & in niuis & ſaxis, depaſcuntur. Aeris igitur paſcuorũ, & aquarum diuerſitas, in eiuſdẽ generis, & ſpeciei animalibus, diuerſas aliquas parere poſſunt conditiones, & varia accidentia. Poſſunt item diuerſę ſpeciei animalia vnum eundẽq. lapidem, in partibus ſuis internis (quæq. .n. de his internis partibus diuerſimodè, vt audiuimus, recentiores affirmarũt; ea neq. impoſſibilia ſunt, neq. interſe cõtraria: minusq. etiam lapidis Bezaar dignitatẽ auferre poſſunt, quæcunq. illa ſint) colligere: quem quidem lapidem, his eiſdem de cauſſis, diuerſitatem in conditionibus ſuis tàm externis, q̃ internis, eſſentialibus, & accidentalibus, ſuſcipere contingit; ſicuti etiam in ſua facultate. Hoc autem ab his qui de tali lapide ſcripſerunt, diligẽtiſſimè obſeruatum fuiſſe videre eſt. Sunt, huius lapidis conditiones exteriores: forma in primis eius exterior, ſiue figura, color; magnitudo; ſoliditas; durities; ſplendor: Interiores verò; forma; color internus; ſubſtantia cõpactio; ſplendor internus; cauitas ſiue meditullium. Forma exterior tantam habet varietatem, vt quãlibet ferè figuram ſuſcipere contingat. Horum .n. lapillorum, alios teretes: alios rotũdos: ouales: altera parte planos: altera rotundos: lenticulares: dactili nuclei formã referentes: vel etiam columbi ouum: qui de ijs ſcripſerunt animaduerterunt oẽs, & ſinguli. At Monardes, vt maioris huius diuerſitatis in forma teſtimonium nobis daret ſe vnum lapidem habere ſcripſit, capri paruũ renem ex toto referẽtem; vno eo adiecto, quòd lapides hi omnes ſunt obtuſi, nullam in cuſpidem deſinentes. Et ſanè figuræ horum lapillorum tanta varietas, nnllam habere debet apud aliquem admirationem; quia cùm ex accidenti vt audiuimus, in internis dictorum animalium partibus; & illis quidem etiam diuerſis concreſcant illi, hanc vel illam figuram particularem, propriam, & eſſentialem, habere haud poſſunt; in hancq. vel illam de facili incidunt. Hoc à lapidibus in hominum veſica vrinaria, & fellea, nec non & in renibus genitis, ſumpto exemplo, confirmari poteſt.

Lapidum Bezaar diuerſitatis cauſſæ

Forma exterior lapid. Bezaar.

Figura diuerſę lapidum Bezaar cã.

Nec

Color lapidũ Bezaar diuerſus.

Nec certè colori horum lapillorum minorem varietatem accidere, iidem ſcriptores docuerunt; cùm eorum aliquos nigros; alios ruffos; albos nonnullos, cineritios quoſdam; & quoſdam auratos; vel etiam flauos ad albedinem vergentes; vel ex nigro vireſcentes, eſſe, admonuerint. Quin & Raſis ex his lapidibus vnum ſe vidiſſe affirmauit, vergentem ad citrinitatem, & albedinem habens colorem vini. Vt plurimum tamẽ eſſe eos ex nigro vireſcentes, affirmauit Monardes; quod quidem ratione haud carere exiſtimo; ſicuti etiam va-

Coloris lapidũ Bezaar diuerſi cauſſa.

rij s horum lapidum colores, cauſſam habent manifeſtam. Si ex collectis cruditatibus propter venena, & herbam illam, manducata, ab interno calore ventriculi illius animalis, in lapidis ſubſtantiam mutatis, fiunt dicti lapides: Hos ſanè, iuxtà maiorem minoremue cruditatum humiditatem; variamq. mixtionem, magis minusue à calore elaboratam, varium colorem acquirere contingit. Humidior.n. cruditas à minori calore elaborata, albedinem ſuſcipit: minus humida in quam maior, & intẽſior calor egerit, nigredinem acquiret: maiorem partem cruditatum ſi fecerint herbæ illę, viridior euadet color; minus è contra viridis, ſi vnà cum herbis, aliæ res cruditatem maiori ex parte fecerint. Credet hęc ille, arbitror facilè, qui lapidũ qui in hominibus concreſcunt, varij coloris cauſſam, fuerit aliquando contemplatus. Credet etiam ille idem, rectè dixiſſe Monardem, lapillos iſtos vt plurimum eſſe ex nigro vireſcentes; ſi conſiderauerit herbas à dictis animalibus manducatas, in veneni iam aſſumpti remedium, in lapilli materia maiores partes habere eam ob cauſſam; quia ad vitam fugientem retinendam, maiori cum auiditate, vtq. dicebamus, & etiam ad ſatietatem multam, manducantur: Cũ ſint autem viridis coloris herbæ, vt ferè aliæ omnes; talem ideò colorem retinent cruditates. In his cùm agat deinde calor intenſus, &

Oriẽtaliũ lapidũ Bezaar coloris cauſſa.

præſertim ob aſſumpta ante venena maximè auctus, aduritur cruditas illa viridis, quãdoq. etiam intenſius, nigerq. color propterea facillimè introducitur; qui cum viridi mixtus, colorem ex nigro vireſcentem conſtituit. Oriẽtalium hac de cauſſa lapillorum iſtorum

Occidẽtaliũ lapidũ Bezaar coloris cã.

multò plures occidentalibus, eiuſmodi coloris eſſe contingit; quia calor in orientalibus illis animalibus regionis occaſione eſt maior: occidẽtales verò cineritij coloris cum nigrore aliquo admixti maiori ex parte ſunt, quia materia albidior eſt, & minus à calore elaborata, propter minorem animalium calorem, regionis frigidioris cauſſa.

Magnitudo lapidũ Bezaar diuerſa.

In magnitudine autem horum lapillorum, diuerſitatem pa-

riter adeſſe non partiam, & iam dicti ſcriptores planè docuerunt, exq. neceſſitate id vt accidat, oportet. Nucis paruæ, maioris ue etiã magnitudinem, eorum alij æquant: amigdalæ alij: fabæ alij: Gallinaceum, vel Columbinum ouum quoſdam referre; quoſdam etiã Arancium pomum, ſcriptum legimus. Vt verò magnitudinẽ quandam nobis ſignificarẽt, ſingularem Garzias ab Horto, & Christophorus Acoſta, id particularius adnotarunt. Garzias quidem, ſe vnum habuiſſe lapidem, qui drachmas ferè penderet quinq., qui in Luſitaniam delatus, vix ſexaginta quattuor Luſitaneis aureis, venit. Chriſtophorus verò hęc ſcripſit: *Perche ſe ne troua di mezza ottana di peſo fino dodeci, & quindeci ottaue, ſecondo ch'io vidi*: Et certè, vnius eiuſdemq. magnitudinis, quòd ſint lapides hi omnes, impoſſibile prorſus eſt, cùm in omnibus animalibus ſemper eadem non ſit collecta ex quibus fiunt materiæ quãtitas, nec idem prorſus ſit eorum auctionis tẽpus. A multa materia, maiorem lapidis magnitudinem à minori minorem, prouenire, neceſſe eſt. Illis autem per additionem creſcentibus in animalis ventre; quò longiori tempore in animali commorabuntur; maius etiam ſuſcipient incrementum; & è contra. Huic tamen huius lapidis magnitudini, ſiue augmento, quandam eſſe metam, quam illum excedere ſit impoſſibile, omnis ratio ſuadet; ſecus in immenſum creſcere illum poſſe, dicendum eſſet. Ab ipſius autem animalis partis in qua gignitur lapis, maiori, vel minori latitudine, ſumitur hęc meta, nec non & ab ipſa obſeruatione. De primo, nihil ſcriptum legi. Obſeruarunt verò recitati ſcriptores, maiorem huius lapidis magnitudinem, ad Arancij pomi magnitudinem propè ſatis accedere. Eſſe tamen magnitudinem huiuſmodi raram admodum, & peregrinam, admonuit Garz. qui ſuum lapidem, drachmas ferè quinq. pendentem, tanq̃ ſingularis cuiuſdã magnitudinis, cũ particularius adnotauerit; minoris vt plurimum ponderis, quòd ſint lapides iſti, manifeſtè innuit. Quantum verò nobis circa hanc magnitudinẽ, obſeruare hucuſq. licuit, multò plures eorum circumferri vidimus paruiores, vnciæ cõmunis pondere minores, plus minusue parum. Inſignis magnitudinis nullos niſi albos, qui occidentales eſſe dicebantur, vidimus; ita vt, occidentales ipſos, frigiditatis cauſa, maiorem magnitudinem ſuſcipere poſſe, nobis fiat veriſimile. Habent etiam lapilli iſti, aliquã in ſoliditate differentiam. Eorum aliqui denſiorem habent ſubſtantiam, ſiue materiæ compactionem: minus denſam alij, iuxta maiorem,

Magnitudinis maioris, vel minoris lapidum Bezaar cauſſa.

Soliditas lapidum Bezaar diuerſa.

rem vel minorem caloris in eorum materia actionẽ. Quare & orientales in vniuerſum, occidentalibus, ſolidiores eſſe, dicuntur. Poſſe tamen in vna atq. eadem regione, alios alijs ſolidiores eſſe, authorem habemus Serapionem, quendam horum lapidum in India eſſe multę humiditatis, leuem & mollem, molliciei ſine ſuperfluitate, aſſerentem: quam humiditatem, & molliciem ad tactum, minorẽ duritiem, & ſiccitatem ipſe interprętor, cùm ſint lapides omnes in genere duri & ſicci. At ꝙ orientales lapides inſigniter ſplendeant; occidentales ſplendore careant, ab omnibus ſine diſcrimine affirmatũ obſeruatumq. fuiſſe video. Rariuſq. vnũ ſe vidiſſe dixit, leuem valdè & ſplendentem vt lumen. Cœterum, & internas horum lapidũ conditiones, non vno nomine differre, ſcriptum fuiſſe legimus. Formam internam, ſiue figuram, eiuſmodi eſſe omnes ad vnum aſſeruerunt, vt conflatus eum in modum ſit lapis, ꝙ conſtare videatur ex laminis, ſiue tunicis miro artificio alia aliam, vt cęparum tunicæ, amplectentibus: addiderunt Cluſius & Monardes, eas ſic ſplendere, quaſi arte ſint polite: priore immò dempta lamina, ſubſequentem longè ſplendidiorem inueniri; harumq. tunicarum, alias alijs, pro lapidum magnitudine, denſiores eſſe, admonuerunt. Atq. huius cõditionis eã rationem reddi poſſe, ipſe exiſtimo; ꝙ cum per additionẽ creſcant in ventre animalis lapilli iſti, vt in omnibus pariter animalibus lapides gignentibus, quæcunq. illa fuerint euenit, eadem quarumcunq. tunicarum exiſtente materia, ab eodem calore elaborata, eiuſdem etiam omninò, coloris, ſoliditatis, & conſiſtentię, vt ſint, neceſſe eſt. Internę verò, quę ſunt magis, propter maiorem elaborationem (prior.n. ſecundæ, & ſecunda tertiæ, ac ſic deinceps, in elaboratione cędit, cũ quę priores ſunt, maiori ſemper fruatur elaboratione, etiam ob minorem quam habent materię quantitatem) ſplendidiores euadunt. Sed orientalium tantum eſſe propriũ internum hunc ſplendorem, ſciendum eſt, quæ porè ſolæ, & etiam externæ ſplendeant. At occidẽtales, quorum laminulæ, ſiue tunicę eundem prorſus in modum vna ſuper aliam contextæ ſunt; ſplendore externo cùm careant; eiuſdem coloris cum exteriori prioris tunicæ ſuperficie, internas habent tunicas. Vtcunq. ſit: externi cuiuſuis coloris, vltimæq. ſuperficiei conſiſtentiæ, quęq. illa fuerit, eiuſdem & internas laminulas eſſe ſi dixeris; iam omnia, quæ in coloris externi diuerſitate & nitore, cum in occidentalibus, tum in orientalibus lapillis iſtis, determinata ſunt, amplexus eris. Regula igitur circa

Splendẽt oriẽtales lapides Bezaar; occidẽtales nequaquam.

Interna lapid. Bezaar forma.

Internarũ lapid. Bezaar tunicarũ coloris cauſſa.

hanc

hanc rem conſtituatur vniuerſalis: vt laminę omnes tam externę, & internę & penitiores, eundem colorem, & nitorem, eandemq. conſiſtentiam habere debeant, ſi lapides fuerint genuini. Nā & legitimi lapidis Bezaar, maximum id eſſe indicium, exiſtimarunt; ſcriptores antedicti. Sed quod ſcripſit Baccius; has laminas, ſi frangantur, aureos fulgores, ſiue aureas ſcintillas emittere: id præterquā ꝙ à nullo ex ſcriptoribus, qui eas regiones perluſtrarunt, animaduerſum eſt: à nemine etiam aliorum id obſeruatum fuiſſe legimus. Nullum præterea internum cor aut quam vocant matricem, habere lapidem hunc, vna omnium cōmunis fuit aſſertio; ſed in meditullio cauum eſſe illum dixerunt omnes; cauitatem autem hāc, pulueris, eiuſdem cum lapide ſubſtantiæ, eſſe plenam, Garziæ ſcholiaſtes Cluſius, affirmauit. Garzias verò è contra, circum tenuiſſimam paleam, ſemper augeri lapidem iſtum, apertiſſimè enūtiauit. Et Chriſtophorus Acoſta, rem hāc longè magis ampliauit; qui in dicta lapidis iſtius, cauitate: modo puluerem; modo quidpiam herbam, vel ſiccam paleam referens; quandoq. etiam ſubtiliſſimam paleam, reperiri, admonuit. Eiuſdem cognominis Ioſeph, feſtucam vel etiā acum, ſiue quiddam ferro paruulo ſimile, præter ea quæ dicta ſunt, quandoq. etiam in medio horum lapidum inueniri dixit. Rei admirabilis à ſe obſeruatę circa hanc rem, hiſtoriam addidit: duos. ſ. ſe vidiſſe lapides, in quorum cauitate, Pineus caſtellanus, continebatur in ea regione Peruana, in qua non adſunt pinei; neq. ad eam ex Hiſpania ſolent adferri. Sanè verò diuerſa hęc quæ de re huiuſmodi hunc in modū ab his viris affirmata fuiſſe audiuimus, contraria interſe non eſſe, & omni ex parte poſſibilia, noſtra eſt, opinio. Cum primum in lapidis materiam agere incipit calor dicti animalis internus, ſi fuerit ille intenſus, & materia non multa, exiccatur hęc maximè; addita deinde ad auctionem lapidis alia materię portione; hæc quoque ab eodem calore aduritur & exiccatur; ob q. propinquitatem prior iam valdè exiccata, magis adhuc exiccatur, & in puluerem tandem, vt reducatur, neceſſe eſt; cauitas propterea remanet formata. Sed ſi craſſioris illius herbæ partis quidpiam, quod durius ſit, in prima elaborata materia eſſe contingat; non poteſt illa ob craſſitiem multā, in lapidem & puluerem verti; cui cum ſtatim alia addatur tunica, & huic alia conſequenter, caloris actione ad vltimam internam partē amplius non perueniente; conſeruatur herbę portio illa ee in loco. Quod idem ſi palea aliqua, acus, ferrum, pineus, aut tale aliud quid-

Matrice caret lapis Bezaar.

Varia in cauitate lapidis Bezaar inueniuntur.

Cauſa eorum, quæ in cauitate lapidis Bezaar reperiuntur.

piam ab animali manducatum fuerit, quo tempore ſui ortus initiũ ſuſcepturus eſt lapis, eueniet facillimè. Cõfirmatur hoc exemplo à lapidibus, quę in hominibus concreſcunt; in quorũ medio interim, acus, feſtuca parua, aut quid tale inuenitur. Acum nos ſemel obſeruauimus; ſemelq. etiam cordæ fidicinę portiunculam, in veſicam, per penem in quo imprudenter immiſſa fuerat, irrepſam. Facilè ſatis hoc euenire concedes in eo lapide, qui in ventriculo animalis cõcreſcit, in quo cibaria quęq. etiam craſſiora, morã trahunt longiorem: & quod animal ex genere ruminantium eſt. Quod verò dixit Garzias tenuem paleam ſemper in meditullio lapidis Bezaar, reperiri: id abſolute, vt aliqui exiſtimarunt, ille non enuntiauit: ſed de his omnibus tantum quos ille in Perſicis animalibus genitas obſeruauit. Porrò etiam, hanc ſubſtantię huius lapidis conditionem eſſe, adnotarunt Monardes & Cluſius, vt leuis illa, ſit & blanda adeò quę alabaſtri modo facilè abradi poſſit: ſiq. in aqua detineatur diutius, liqueſcat: quem in ſenſum, mollitiem, & leuitatem huic lapidi a Serapione attributam, duci poſſe, ac debere exiſtimo. Nunc quæ de lapidis huius facultate Alexipharmaca, ſiue Bezaartica ſcripſerunt diuerſa viri grauiſſimi, ꝙ ſibi non repugnent, doceamus: quas particulares vires illi tradiderint, vnà inquirentes. Incipiamus ab ipſo Serapione, qui vnus ex Arabicis Medicis lõgiorem de lapide

Lapidis Bezaar facultas Bezaartica.

Bezaar habuit ſermonem; *Conuenit, inquit, omnibus venenis calidis & frigidis cum tota ſui ſubſtantia, & reſiſtit eis bibitus, aut ſuſpenſus ſuper patientem:* Et paucis poſt: *Et proprietas eius eſt, quòd confert venenis omnium animalium, & plantarum morſibus, & puncturis venenoſorũ:* Raſis & ipſe in lib. 8. contin. hæc ſcripſit: *BeZaar & lapis citrinus mollis non habens ſaporem; confert venenis. Et ego vidi in ipſo ſufficientiam ad remouendum bis nocumẽtum Napelli:* Hachamed Ebenteriſi, referente Serapione, hæ de lapide iſto ſcripſit. *Lapis BeZaar confert veneno Scorpionis:* Quendam pro mortuo deploratum ob aſſumptum peſſimum venenum, ſumptis granis tribus lapidis Bezaar cum aqua cucurbitæ, ſtatim reuixiſſe, ſcripſiſſe Auenzoar legi. Adducunt & Auerroem nonnulli, lapidem Bezaar, morſibus animalium venenoſorum, ſcorpionisq. præcipuè aduerſari, qui ſcripſit. Rabi pariter Moyſes lib. 1. de venenis cap. 3. Bezaar contra venena maximè laudauit. Huius eius ſententiæ fuiſſe Haly Abbatem, apud recentiores legi. Auicenna hoc idem aſſeruit lib. 4. ſen. 6. tract. 1. cap. 4. & 5. Vti Indos lapide Bezaar ad venena euincẽda, &

aduerſus

aduerſus medicamenta quęq. deleteriam facultatem habentia, ſcripſit Garzias ab horto, hunc in modum: *Ormuz verò, inquit, & coraſone Incolæ, non modo aduerſus virulentorum animalium morſus, ſed etiam aduerſus omnes melăcholicos morbos opulentiores bis ſe purgare ſingulis annis, Martio videlicet, & Septembri. A purgatione, quinq; diebus continuis ſubſequentibus, hauriunt in ſingulus doſes, decem huius lapidis grana, macerata in ſtillatitio roſarum liquore. Hoc remedio, iuuentutem, & robora membrorum ſibi cŏſeruari, dicentes.* Eodē medicamento ſe vti ſoluiſſe affirmauit in morbis melancholicis inueteratis: veluti in mala ſcabie, lepra, pruriginibus, impetiginibusq;. Qua eadē ratione quartanis febribus conuenire, illud poſſe, exiſtimauit. Viros etiam planè deſperatos, atq. à Medicis derelictos, huius lapidis vſu, priſtinæ ſanitati fuiſſe reſtitutos, ſe intellexiſſe, teſtatus eſt. Petrus de Oſma in recitata Epiſtola, omni qua potuit diligentia, ab Indis amicis quæſiuiſſe, ſcripſit, de horum lapidum facultatibus, eosq. intro ſumptos, aut foris impoſitos, venenis mirificè reſiſtere, intellexiſſe; cordis affectibus auxiliari, tineas ventris expellere: & eorum pulucrem vulneribus ſagittarum toxico illitarū, vtiliſſimè inſpergi. In vniuerſum, hunc lapidem Alexipharmacum eſſe potentiſſimum illius veneni, quo ſagittas ſuas illinunt, ad ſe mutuo cŏficiendos, atq. etiam Hiſpanos. Ioſeph Acoſta, venenis, & morbis venenoſis aduerſari lapidē iſtū, ex Indorum opinione, enuntiauit. Melancholiæ item, & cardiaco morbo, & febribus peſtiferis, eundem eſſe inimicum. Nullus verò, mea opinione, huius medicamenti facultates, laudauit excelſius, Nicolao Monardes, Hiſtorijs multis, loco antea ſcripto, recitatis: plęrosq. etiam potentiſſimos viros à peſte, & morbis peſtiferis, ac difficillimis, venenisq., liberatos fuiſſe, docĕtibus. Nullus verò plures morbos enumerauit, ab huius lapidis vſu depulſos, Chriſtophoro Acoſta, cùm dixerit Medicos in vniuerſa India eo vti, ſicuti, & in Perſia, Arabia & China, generis cuiuſq. venena aduerſus, omneſq. venenoſos morbos, melăcholicos, & inueteratos, febres quartanas, & difficiles, lepram, ſcabiem, pruritum, antiqua vlcera, impetigines, collyricam paſſionem, peſtilentesq. omnes, & contagioſos morbos. Eodem eos vti ſcripſit, qui laſſitudine laborant, & debiles; ad vires recuperandas: ad carnes reaſſumendas: ad appetitū deperditum reſtaurandum: ad omnes animi paſſiones abigendas: ad partum facilitandum: ad ſecundas pellendas: ad renes abſtergendos: ad arenas è veſica deturbandas: ad eandem ab humoribus craſſis

Morborū quibus lapis Bezaar conuenire redictus eſt, enumeratio.

expurgandam: ad vermes occidendos: ad morſus viperarum omniumq. ſerpentum, & venenoſorum animalium, ſanandos: ad vulnera ſagittarum veneno illitarum ſanãda: proq. tandem malignorum apoſtematum, & ſcrofularum apertarum, curatione. Ea pro harum facultatum exaltatione maiori, adiecta ſui ipſius atteſtatione; quòd particulares has omnes virtutes, in terra, in Mari, & diuerſis regionibus, ſuæ experientiæ medio, veras eſſe cognouit. Ego quidem talium virorum authoritatem, magni vbiq. faciẽdam eſſe cenſeo; cùm eorũ alij eaſdem illas regiones in quibus animal hunc lapidem in ventre colligens, perluſtrauerint; eiuſq. vſum in dictis locis diligentiſſimè obſeruarunt: Alij in propinquis ſaltem regionibus particularia quæq. ſedulò obſeruantes, reiq. notitiam hinc, & inde inquirentes, eam ſunt aſſecuti. Atq. eò pluris eam horum authoritatem faciendam exiſtimo; quia ab alijs poſtmodum ſcriptoribus grauiſſimis, cùm Italicis, tũ Hiſpanicis, lapidis huius eiuſdem vires ſummè fuerint cõmendatæ. Inter hos, quos ſanè numero multos fuiſſe neminẽ latet, pręcipui fuiſſe viſi ſunt, conciliator, Nicolaus Florentinus, Santus Ardoinus, Marſilius Ficinus, Ioannes Agricola, Hieronymus Montuus, Valeſcus de Taranta, Amatus Luſitanus, Petrus Andreas Mathioſus: Quid plures enumero? aliquos quidem oẽm fidem in recitatis morbis ſanandis, minime repoſuiſſe, animaduertimus; Omnes tamen ad vnũ Medicos ſcriptores, aut aliter quomodocunq. rebus Medicis incumbentes, ſcriptis & voce, lapidem Bezaar, in febrium quas peſtilentes vocant, curatione, vel maximè laudaſſe, & in eo ſpem ferè omnẽ repoſuiſſe, cuiq. maniſeſtiſſimũ eſſe ſcio. Creuit imò apud Medicos aliquos aliqñ, medicamẽti huius fides tãtopere; vt illud etiã pro Amulęto auxilio commendauerint; miroſq. contra venena, & morbos plęroſq. alios difficiles, producere effectus voluerint. Scripſit hac de re, Serapio primus, hunc in modum: *Et quando bibitur ex eo pondus duodecim granorũ hordei: aut quando fit linimentum cum eo ſuper locum morſus; liberat namq; à morte, & expellit venenum per ſudorem: Et quando ponitur in anulo iſte lapis, & reponitur in ore eius, qui ſumpſit venenum, & ſuggit aliquantulum, cõfert ei: Et ſi ponitur lapis iſte ſuper locum punctura, aut ſuper locũ morſura animalis venenoſi, quemadmodum eſt punctura Scorpionis, aut cantharidarũ malarum, aut rambor, confert eis iuuamentum manifeſtum. Et ſi teratur, & ponatur ſuper morſum reptilium venenoſorum attrahit venenum per ſudorem: Et ſi locus in quo eſt morſus eſt purificatus, & pulueriʒatur ſuper locum ex hoc lapide, mundificat & curat. Et quãdo tangitur cũ iſto lapide aculeus ſcorpionis, prohibet*

hibet

bibet ab eo potētiā pungēdi. Et ſi teratur ex eo pondus duorum granorū hordei & diſſoluatur in aqua, & ponatur in ore ſerpētis, ſuffocat ſerpētē ſtatim & occidit eum: Adduxit etiam in maiorem huius facultatis fidem, Habamed Ebenriſi, Medici Arabi teſtimonium talia ſcribentis: *Lapis Bezaar confert veneno ſcorpionis quando portatur in anulo, & inciditur in eo imago ſcorpionis luna exiſtente in ſigno ſcorpionis; & aſpice, quòd ſit aſcendens; deinde ſigilla olibanum cum eo Luna exiſtente in ſcorpione, quod tritum datur patienti ad potandum:* Porrò eos omnes qui in exteris regionibus de lapide Bezaar ſcripſerunt, vel etiam eo tantummodo vſi ſunt, affirmaſſe, teſtatus eſt Chriſtophorus Acoſta, valere illum contra venena omnia etiam foris applicitum, maiorisq. eſſe vtilitatis, quam ſint alia auxilia; quod idem affirmauit Petrus de Oſma. Idem hoc ab alijs plæriq. affirmatum fuiſſe legimus. Atq. hinc eueniſſe credendum eſt, vt tanta in exiſtimatione, & prætio alias fuerit, nuncq. etiam ſit, lapis huiuſmodi. Huius autem exiſtimationis partem non minimam ab hoc eodē lapide detrahere potuerunt ſua authoritate, ſcriptores aliqui, quibus quidem maiorē fidē tribuiſse poſt nodū experientiam, aīaduerſum à multis fuit. Aluarū Torores Medicū celebratiſſimū in Vrbe Lima Peruana, tot miracula huius lapidis, ſuis litteris minime cōfirmaſſe, admonuit Andreas Baccius. In hui⁹ einſdē rei cōfirmationē, apud Garziā ab Horto hęc legūtur: *Quod ſcribit Mathiolus lib. 5. cap. 73. comment. in Dioſcoridem; adligatum ita vt nudam ſiniſtri lateris carnem contingat, omnia venena ſuperare, experiri nunquam vidi, nec hic ſimili modo vtuntur:* Hoc idem, vt animaduerteret Ioſeph Acoſta, hæc & ipſe ſcripſit: *L'effetto principale della pietra Bezaar è contro i veneni, & infirmitadi venenoſe; & quantunq; ſi habbia di lei differenti opinioni. Et vno l'ha per coſa vana; altri per coſa miracoloſa:* Ego verò viros iſtos hæc affirmaſſe exiſtimo, vna huius medicamēti experiētia edocti, cuius medio longè plura de illo promiſſa fuiſſe, q̄ ab eo poſſent effici, diligētiſſimè obſeruarunt. Hanc eandē huius lapidis experientiā, quanti facere quiſq. debeat, quę in pręcedenti huius tractationis parte de Vnicornu experiētia docuimus, manifeſtū faciunt. Facillimum ſanè ei qui voluerit, fuerit, ſuamet adducta experiētia quicquid voluerit de quouis medicamento affirmare: faciant hoc circūforanei, & circulatores, quod rōnales Medicos vbiq. dedecet: faciant, & illud qui medicamentorū vires penitus neſciunt, ea tñ laudare intēdunt. Dicant quęſo nobis qui talia tantaq. de lapide iſto affirmāt, qua in eo propalando vſi fuerint experientia, quo cognouerint, illum venena omnia, & morbos omnes venenoſos ſuperare. Proferant ad id confirmandum experientiæ factæ tempus:

Lapidis Bezaardi dignitas diminuta.

quibus

quib⁹ cũ fecerit, quibus venenis vſi fuerint; & quibus tandem obſeruatis experientię legibus, negotiũ abſoluerint; ſtatimq. vanam, infidam, incertam, & mancam eã fuiſſe is intelliget, qui enarratas loco dicto veræ experientiæ leges, ſciuerit. Particulares quoſdam euentus adduxerunt, veram & abſolutam experientiã, vt docuimus, minime conſtituentes. Ægrotantes plęroſq. ſumpto hoc lapide, ſanitatem acquiſiuiſſe, affirmant. Sed an alijs ſimul vſi fuerint medicamentis, erat vt animaduerterent; quia ſic, non plus huic quàm illi medicamento eſt effectus aſſignandus. Sed & illud ipſe cum alijs nonnullis affirmo, tot tantiſq. recitatis morbis non venenoſis, cõuenire minime poſſe lapidem hunc, neq; ratione, neq; experientia id atteſtantibus: melancholiæ dico, alijsq. melancholicis morbis, obſtructionibus, partui difficili, ſecundæ retentæ, menſibus reſtrictis, pariter & præter modum fluentibus: comitiali morbo, & alijs enumeratis. Sunt horum morborum calidi aliqui; frigidi alij; attenuatione eget vnus, incraſſatione alter; quibus quidem contrarijs indicationibus, vna ſola refrigerandi, & exiccandi facultate manifeſta, qua præditus eſt, ſatisfacere illum poſſe, nullus qui de rebus Medicis rectè ſentiat, affirmabit. Ad occultam proprietatem, ſeſe recipient, ſcio; & hanc contrarios effectus facere poſſe, affirmabũt. Hos eo in primis argumẽto redarguere nobis licet, quòd non à forma lapidis occulta ij effectus proueniunt, ſed ab ipſius herbæ lapidem producentis rei occulta, vt dixit Ioſeph Acoſta ex Indorũ mente. Si dixerint herbam illam, & ipſam id à proprietate occulta preſtare: Dicam ipſe ex aduerſo, huiuſmodi contrarios effectus ab occulta proprietate proficiſcentes, ſola experientia determinari. Sed ex Italicis ſcriptoribus, qui talem approbauerit experientiam, neminem hucuſq. legi, aut audiui. Ex his qui in exteris regionibus, & Italiæ vicinis de lapide iſto ſcripſerunt, non oẽs vnum & idem teſtati ſunt. Ex antiquioribus, vnum ſolum Serapionem, luculentius, & diſtinctè magis de hoc lapide ſcripſiſſe, paullò ante admonuim⁹, nec tñ enarratis morbis non venenoſis, ꝙ conferat, docuiſſe, cuique manifeſtum eſſe poteſt. Venenorum tantum, & venenoſorum morborum, ſicuti & Raſis meminit; quorum authoritate freti; febribus quoq. peſtilentibus, cum ipſis venenis ſimilitudinem quandam habentibus, conferre illum poſſe, negare nõ audemus. Hac in re, illud magna animaduerſione egere exiſtimo, non cuiuſuis regionis lapidem Bezaar; neq. huius vel illius loci lapides oẽs, & vniuſcuiuſque

Lapidis bezaar, quõ inſit facultas bezaartica.

lapi-

lapidis partes omnes & ſingulas, eandem ex æquo facultatem poſſidere. Alijs.n.alij regionis cauſſa præſtantiores iudicantur: hiq. interſe comparatæ, magis minusve commendatæ conditionis ſunt; & vnius eiuſdemq. lapidis pars quædam, bonitatis præſtantia magis alijs cōmendatur. Orientales occidentalibus in virtutis excellentia ab omnibus vno ore præferuntur. Inter orientales, citrinos alijs antepoſuit Serapio; poſt hos cineritios. Colorem oliuæ habētes, magis laudauit Ioſeph Acoſta. Qui in Perſia colliguntur, apud Garziā, & Chriſtophorum Acoſta, primum locum obtinuerunt; his nullos bonitate comparari poſſe affirmantes. Ex his qui Peruani ſunt ſiue occidētales, minoris apud Indos exiſtimationis, refert Ioſeph Acoſta eſſe illos, qui ex Guacanis, Verueeis, & Pachis extrahuntur, paruiores cùm ſint, & nigriores: Maioris eſſe illos, qui ex Vicugnis, q a grandiores, flaui, albi, vel cineritij. At longè excellentiores eſſe eos qui ex Tarughis excipiūtur, magnitudinem habentes maiorem, maioriq. ex parte albos flaueſcentes. Atq. ſicuti Peruanos oēs quiq. illi fuerint, orientalib⁹ poſtpoſuit: ita eos qui ex noua Hiſpania deferuntur, Peruanis in opere debiliores eſſe conſtituit. Hoc addito, lapidem.ſ.quemcunq. Bezaar, efficacius ſuo fungi mūcio in Hiſpanijs, q̄ in regionib⁹ Peruanis. Illud maioris, arbitror, eſt momenti, quod ſcripſit Petrus de Oſma: ſola nimirum animalia, quæ paſcuntur in montibus, lapides generare præſtantes. quæ.n. in planitie pabulum capiunt, quia minus ſalubres paſcuntur herbas, eorum propterea, inquit, lapides, tametſi viles, ijs virib⁹ tamen nō pollēt, quib⁹ ij præditi ſunt, qui ab animalib⁹ montanis oriuntur. Quacunq. autem ex regione portentur, & cuiuſcunque fuerint coloris, maiores qui ſunt vtpotè etiam rariores, ab illuſtrib⁹ earum regionū viris, ob id deſiderari & quæri ſcripſit Garzias, quia valentioris facultatis illos eſſe credunt. Vnum verò & eūdem lapidem quicunq. illi fuerit, eam partem qui puluis eſt, in eius cauitate contentus, bonitate, & virtutis excellentia alias ſuperare, ſcripſerunt Nic. Monardes, & Carolus Cluſius. Ex his itaq. horum ſcriptorum de ctiſſimis animaduerſionib⁹ & documentis, facilius fuerit Medicis ipſis, lapidis cuiuſq. Bezaar ſibi oblati, potentiores, debilioresvè facultates cognoſcere, qui ſi conuenientem illi⁹ vtendi modum ex arte calluerint, in eo adminiſtrando errare ꝙ poſſint, periculum erit nullum.

Orientales lapid. Bezaar, occidentalib. meliores.

Ex orientalib. qui meliores.

Occidentales, qui meliores.

Quæ aīalia præſtātiores gignant lapides Bezaar.

Lapidis Bezaar quæ pars melior.

At quoniam auri deſiderium inſigne, impoſturis multis viam hac in re aperuiſſe, ante diximus; multiſq. modis lapidem hunc adulte-

rari

Digitized by Google

rari contingit; quæ res eius vſum non modo inutilem, ſed & pericu-loſum, efficit: tutius igitur eo vti quò poſſint Medici; quot, & quib⁹ modis poſſit ille adulterari, prius aperiemus: quib⁹ deinde ingenijs deprehẽdantur adulteria, oſtendere conabimur; ex quo fiet poſtmo dum, vt in eius vſu difficultas aliqua euenire non poſſit. Sanè verò lapidis huius in tanta æſtimatione poſiti, & ab omnibus tantopere laudati, negotium, hac ex parte cognoſcimus difficile; quòd impiorum hominũ maxima aſtutia auaritię vincta execrandę, veritati ipſi viam ex toto ferè occludat. In huius ea propter rei determinatione, eiusq. veritatis inquiſitione, viros etiam grauiſſimos, & eruditiſſimos, vel maximè animo herentes fuiſſe; alios de veritate inueniendà omninò deſperaſſe, legimus. Medicos igitur omnes & ſingulos, qui hæc noſtra legent, admonitos & exoratos eſſe cupimus, ſuis iuditijs, & doctrina, cogitationibus noſtris faueant, noſtris conatib⁹ auxilio ſint, adq. huius rei veritatem inueniendam, vnà nobiſcum inuigilent; nulli in lapide hoc eligendo parcant diligentiæ: nemini oſcitantius confidant; vndiq. proſpiciant, nequid incautos eos corripiat, & pro bono veroq. lapide Bezaar, in maximum ægrotantiũ damnum, falsò & adulterato vtantur. Eius itaq. primo quoq. loco memores hac in re Medicos omnes eſſe conuenit, quod ſcripſit omnium primus Serapio: multos. ſ. lapides, ſimiles eſſe lapidi Bezaar, qui non habent proprietatem ſuam, nec aproximant ei in aliquibus operationibus, quod eſt in cauſſa, inquit ille, vt multi errẽt. Eſt hoc maioris longè momenti, quia non de adulteratis lapidibus ſit ille locutus, ſed naturalibus, quorũ cum verò Bezaar ſimilitudinis cauſſa, facilè decipi poſſunt Medici. Verba eius ſubijciamus, quibus etiam errorem hunc aliqua ex parte vitare docemur: *Et multi lapides ſimilantur ei, qui non habent proprietatem ſuam; nec approximant ei in aliquibus operationibus: Et iſt quidam qui dicitur chobori: & marina: & eſt lapis in quo nullus errat: ſed multi errant in alio, qui dicitur, chiãdos.* Cœterum adulterij negotium huiuſmodi, grauius longè & difficilius inde euadere fatebitur quiſq., quia etiam in ipſis regionib⁹ in quibus colligitur lapis Bezaar, impoſturas & adulteria callidè adeò faciunt ſcelesti homines, quòd obſcuriſſima ſunt, & vt deprehendantur, difficillima. Scribit Garzias, Mauritanos cũ Perſicis comercium habentes de eorum circa hunc lapidem, adulterio deprehendendo alias excogitaſſe; de qua re poſtea ſermo nobis erit. Scripſit & Ioſeph. Acoſta, Indos populos, huius lapidis cõmendatum

Adulterẽtur quõ lapides Bezaar.

mendatum vſum vbi cognouerunt, arte ſtatim multos confeciſſe, & pro veris falſos ad alias regiones tranſmiſiſſe. Guidonem à Vazare ciuem Hiſpalenſem, qui totum nouum Orbem perluſtrauerat, præſertimq. Chinæ regionem, affirmaſſe, retulit Monardes, Indiæ populos, falſos lapides Bezaar, componere ſolitos fuiſſe. Vtque de re hac ſeria, & graui certiores nos faceret, Chriſtophorus Acoſta, hęc ſcripta nobis reliquit: *Di quelle pietre ſi trouano alcune falſificate, le quali contrafanno tanto induſtrioſamente (ſecondo quello che s'è potuto intendere) con creta & calcina fatta di ſcorze d'oſtriche, & con ſangue ſecco, & delle medeſime pietre Bezaar picciolinte; tutto peſtato ſottilmente, & non ſo con che altro incorporato in modo che paiono naturali, & vere pietre Bezaar. Et perche tra loro la pietra quāto è più grande più vale, (perche dicono eſsi che quanto ha maggior corpo, tāto ha maggior virtù) le contrafanno i falſarij de la grandezza che loro pare di douerne hauer più vtile, et coprir meglio il loro ingāno:* Sed & in cap. 66, eiuſdem libri in quo de adulteratione Mannæ agit, hæc alia ſcripſit: *E non è merauiglia, che ſi falſifichi la manna, poiche ſi falſificano le pietre Bezaar, le quali vengono contrafatte in Ormuz, & nel Malabar, & in vna colonia detta Cochin, doue riſiede il Re; & ciò tanto bene, che anco gl'eſperti di loro s'ingannano nella prima coperta ò ſuperficie, la quale ſe non ſi rompe, non ſi diſcerne dalla naturale, come io vidi:* Magnum etiam quidē de re hac eadem differens Baccius, affirmauit: iam. ſ. per longum temporis ſpacium, neq. in Arabia, neq. in Oriente vniuerſo, verum lapidem Bezaar inuentum fuiſſe; quia mercatores illi auariſſimi, artificioſa aſtutia, illum conficiunt; idemq. dubium hoc quoq. tempore eſſe maximum: repetitq. ille idem; lapides Bezaar tanquā Orientales prædicatos, ab impijs Saracenis hoc tempore ferè omnes artificioſè cōfici, cum miſturis quibuſdam, & mineralibus, quæ vt ignis, & in colore, & in ſubſtantia dictis lapidibus ſimiles conficiunt. Scripſit & Carolus Cluſius Mercatores Luſitanos, lapidem Bezaar ea conditione vendere nolle, vt periculum an legitimus ſit, fiat ab emptore, quod adulterij facti, ſignum eſt euidentiſſimum. Quis verò eſt, qui Italicorum ingeniorum ſummam acutiem, & excellentiam cognoſcat; quid item, quantūq. Auri ſacra fames, mortalia pectora cogat, ſciat; qui ſimul etiam non credat, & in Italicis regionibus, adulteria hęc eadem frequētiſſimè committi; horumq; lapidum numerum inſignē, aſtutè ſatis confici? Perſuadere hoc poteſt facillimè quemq. lapidum huiuſmodi quantitas in Italia propemodum infinita, vnà cum vili eorundem pretio. Quamuis. n. in vnius ſolius animalis ventre, duo tres, vel etiam quattuor lapides in- *Veri lapidis Bezaar raritas vnde.*
[illegible] terim

terim reperiantur (Petrus de Oſma nouem ab vno animali ſe extraxiſſe dixit) & cuiuſq. animalis lapidem colligentis, ſexus vterq. illum generare ſoleat, Ioſepho Acoſta authore; non vniuſq. generis tantum animal, illum coacerucnt cùm tamen, referente eodem Petro de Oſma, non ſemper in dictis animalibus reperiantur lapides: admodum propterea numeroſi eſſe illi non poſſunt. Morbus enim quidam cùm ſit lapis in animalis cuiuſcunq. ventre, aût alia parte genitus, ſiue potiùs quidpiam à morboſa cauſſa genitum, omnia & ſingula illa animalia, in eundem affectum perpetuò incidere, dici haud poteſt. Quòd morbus ſit lapis hic ſiue, quod à morbo pendeat in dictorum animalium vẽtre, ex eo manifeſtũ magis fit, quod ſcripſit Chriſtophorus Acoſta: mori, ſ. animalia illa ob lapidem collectum inſigniorem, repeririq. ea ſic mortua à venatorib⁹, & ab eis lapides extrahi. Scripſit etiam ille idem cognoſcere venatores illos, dum ea inſequũtur animalia, quę nam ex illis lapidem habeant, maiorem præcipuè, ex lento & pigro inceſſu, quod ſanè argumentum eſt euidentiſſimum, nõ omnia dicta animalia, perpetuò lapidem in ventre habere. Neq. etiam conſtat, hæc eadem aĩalia, lapidem hunc colligentia eſſe admodũ numeroſa. Ea quidẽ maxima cũ difficultate à venatorib⁹ capi, ſiue occidi, teſtatus eſt Monardes, his verbis: *Gl' Indiani li cacciano, & amazzano cõ arme, lacci, et imboſcate; i quali ſono coſi feroci, che alcuna volta amazzano li cacciatori: ſono leggieri, e ſaltano grandemente:* Porrò etiam numeroſos adeò nõ eſſe hos lapides, fit inde nobis veriſimile magis, ꝙ tanti æſtimarentur apud omnes, & maximo venirent auro, in iis præcipuè regionibus in quibus animalia illius generantia viuũt, & habitant, hoc planè atteſtantibus eiuſdem regionum ſcriptoribus; quod profectò non eſſet, ſi in tanta illi eſſent lapides abundantia. Ob id itaq. quòd propter eorum raritatem tanto ſunt in pretio, viam adulteriis, & impoſturis aperuit auaritia, manifeſtam. Neceſſe fuit ea propter, Medicos de huiuſmodi lapide ſcribentes, de adulteriis deprehendendis ſolicitos eſſe, & deprehenſionis modum diligenter inquirere; rem, mea opinione adeò difficilem aggreſſi, quę ferè impoſſibilis eſſe videatur. Notas quidem genuini veriq. lapidis Bezaar omni diligentia quæſiuerunt illi, eaſq. ſedulò nos docuerunt: iis tamen confidere ob eam cauſſam non potuerunt, quia talis tantaq. ſit impiorum hominum auaritia & aſtutia, eorumq. ingenia tãtopere acuat auri deſiderium, quòd naturales omnes conditiones iſtius lapidis, tam

Adulterationis lapidum Bezaar deprehendẽdæ difficultas.

exter-

externas, q̃ internas perbellè adeò imitantur, vt ferè non poſſint diſcerni. Id porrò etiã ob eam cauſſam facere eos conueniens fuit, quia nocentiſſimus eſſe, ſępe poſſit adulteratorum iſtorum lapidum vſus. Pręterq̃ ꝙ enim ea facultate carent, cuius potiſſimum occaſione in uſum traducti ſunt; Alexipharmaca nimirum; ꝑꝑ etiam ea quę in eorum compoſitione aſſumuntur, maximè nocere apti ſunt. Terræ genus aliquod in compoſitione ut accipiant, impoſtores, neceſſe eſt, hancq. metallico aliquo colore intingere; quidpiam item emplaſticum, quòd terram ſiue aliam quãq. materiam agglutinẽt, quò in lapidis formam ducatur, requiritur; ex quo ſi febrientibus datur, obſtructiones ipſas augeri, uentriculum grauari, pluribusq. alijs modis hominem lędi, certa res eſt. Quis lapides ex creta, calce, oſtrearum cortice, & ſicco ſanguine confectos (quod fieri ſcripſit Chriſtoph. Acoſta) nocentiſſimos & lethales eſſe nõ dixerit? Poſſe igitur adulteratos lapides à legitimis dignòſci, ſcripſit Garzias: ſi quis manibꝰ lapidem comprimat, deinde ſpiritu inflet: Nam ſi aer aliquis permeat adulterati, inquit, indicium eſt. Carolus Cluſius explorationem, hunc in modum docuit faciendam. Ducatur cũ acu filum per toxicum (herba baleſtrera vocant) deinde per canis, aut alteriꝰ animalis pedem tranſmittatur acus, atq. filum relinquatur in vulnere; canis illicò ea ſimptomata incipit habere, quæ concomitari ſolent eos qui toxicum biberũt. Cum planè concidit canis atq. deſperatus videtur; tum puluerem ab hoc lapide abraſum, & aqua dilutum canis in os inijciendum: ſi auxilium ſenſerit canis, legitimi probatio eſt: ſin minꝰ adulteratus cenſendus. Subdit pariter, adulteratos lapides, neq. lamina ſplendentes habere, neq. puluerẽ vllũ in meditullio continere, ſed granulum aliquod, aut ſemen, ſupra q̃d indi illum cõfecerunt; quod idem ante eum affirmauerat, Nicolaus Monardes. Voluiſſe aliquos Indiæ incolas, ſcripſit Ioſeph Acoſta, magnitudinẽ lapidis inſignem, cõmunem quandam eius magnitudinem nimis excedentem, adulterium indicare. Sua quoq. diligẽtia vti hac in re voluit Chriſtophorus Acoſta, plures ad impoſturas detegendas, proponens modos, ſermone hunc in modum inſtituto: *L'ingãno ſi conoſce nella vinezza del colore, & nella pianezza, & agguaglianza della ſcorza prima, nel peſo, & nella leggierezza, & nella illuſtrezza, ò conſumãdola da vna parte, nel ordine de gli sfoglij che ha di dentro (benche alcuni ſe ne trouano ſenza) oltre di ciò ſi conoſce nella ſua ſoſtanza, & nel ſerarla dentro del pugnò della mano, in modo che per altra parte non poſſa vſcirne il fiato, ſoffiandò in ſe non per lei; la quale ſe è falſa, rompendola da vna parte, & ſoffian-*

Adulterati lapides Bezaar quõ cognoſcãtur.

N 2

ſoffiandoui, l'aere vi eſce dall'altra parte, e la pietra riſona, ilche auiene di quelle che ſon nere. La bagnano anco con la lingua dalla parte che vogliono, & la fregano vn poco ſu la calcina, ò ſul muro; ò togliono vn poco di poluere di calcina nella mano, & quiui fregano la pietra vn poco, & s'ella è vera ſubite la calcina ſi tinge d'vn color verde bello; & ſe è falſa non dà quel colore a la calcina; & ſe le dà alcun colore è molto più morto: Sibi quoq. ipſi hac in re nõ deficit Andreas Baccius, qui methodum in hac exploratione obſeruandum propoſuit, his uerbis: *L'artificio ſi conoſce alla politura; perche le naturali ſono rozze, & inequali, come ſi veggono quelle, che ſi cauano dalla veſica de gl'huomini, & non pulite: e fregandole con la ſaliua nella pianta della mano vi laſciano qualche tintura & macchia, che la pietra naturale non la fà. Ma che quelle ſian falſe, ſi douerebbe conoſcere alla forma ſola, che ſon fatte in forma di rognoni, ò d'vn'ouo di colombo, liſciati e luſtri di fuori, e rompendoli i pezetti ſon duri, come di terra cotta ò di geſſo:* Fuere etiam qui exiſtimauerint cognoſci adulterium acu candente in lapidem immiſſo ſi malè oluerit; eſt.n. ſignum partem materię admixtam vri ac fuligines tetrum odorem ſpirantes emittere; quod non contingit in germano, & vero lapide. Sed etiam ei huius lapidis explorationi, ſiue iudicio, maximam fidẽ tribuiſſe viſus eſt vir grauiſſimus Paulus Cigalinus, multos qui diligentiſſimè obſeruauerat lapides Bezaar tunicas, illas omnes, ſiue laminas, [illegible] interiores, quàm exteriores; ſi pollice tenuiſſimum quendã puluerẽ deterſerimus, læuiſſimas omnes terſiſſimas, ac ſplẽdentes ſeſe offerre: quas verò impoſtor cõfecit aſturè, præter exteriorem, reliquas eſſe aſperas, & ſplendore deſtitutas, quòd leui tunicæ non poſſit arte adnecti alia. Laudanda ſanè tot prudentiſſimorum ſcriptorũ eſt diligentia, hæc omnia in hominum vtilitatem, cùm inuenerint, & docuerint. Vereor tamen, vel maximè, ne fruſtra hæc omnia contra impiorum hominum aſtutias fuerint iniecta tela: timeo etiam ne horum militum faces, paruipendant omninò ſceleſtorum technę; ſuisq. in arcibus adhuc perſtent fortiſſimæ: nosq. propterea in lapide Bezaar eligendo longè minus tutò incedere poſſimus. Rationibus, ni fallor, moueor euidentiſſimis, cum videam, ſeruatis etiam diligentiſſimè propoſitis regulis, fallacię & impoſturarũ ſcopulos, minime poſſe nos ex toto euitare. Primoq. nõ video quid hæc proſint documenta, ad illud euitandum erratum, quod in ipſius lapidis Bezaar electione, contingere poſſe facillimè, Serapionem admonuiſſe, diximus: lapides ſcilicet multos eſſe ſimiles lapidi Bezaar ſua natura, qui non habent proprietatem ſuam, nec approximant

Difficultas depræhenſionis adulterij.

ei

ei in aliquibus operationibus, quod eſt in cauſſa, vt multi errent. Dicat fortaſſe quiſpiam; vnam nobis offerri experientiam cuius medio verus lapis Bezaar cognoſci poteſt, & non modo ab his qui ei ſua natura ſimiles ſunt, & ſine virtute; ſed etiam ab omnibus adulteratis, diſtingui. Experientiæ quidem ipſius vires, id ſuadere poſſe videntur, cuius vnius auxilio, occultas medicamentorum proprietates percipi, & cognoſci, antea de Vnicornu differentes, docuimus abundè. Certi tamen ſumus, experientiam hoc in negotio nihil poſſe, etiam ſi traditæ ab antiquioribus Medicis, & Philoſophis eius leges omnes, ex toto obſeruentur. Medicamenti genus vnum ſi proponatur per experientiam explorandum; herba putà aliqua; ſemper & vbiq. erit eadem à ſeipſa nequaquam diuerſa, longoq. propterea tempore in pluribus, & diuerſis animãtibus in vſum venire poterit; ſuæq. eiuſdem ſpeciei copia nunquam deerit: perfectéq. & verè experientiæ leges omnes explebuntur; ſicq. eius facultatis cognitio erit aliquãdo ex toto confirmata. Eiuſmodi omnia & ſingula nequeunt in lapidis Bezaar exploratione per experientiam obſeruari, propter impoſturas, & adulteria non ſemper idem, ſed à ſeipſo ſępiſſimè diuerſus cùm ſit; eundemq. propterea effectum in omnibus ſemper, & longo tempore, minime producturus; ſuaq. quantitate modica ad explendum experientiæ tẽpus omne minime ſuffecturus. Clarius rem hanc explico. Lapis vnus Bezaar pro hac experientia facienda proponatur: cuiuſuis etiã maioris magnitudinis ille fuerit: ad experientiam perficiendam ſufficere certè haud poterit; eoq. lapide iam ex toto conſumpto, quod pro paucis etiã ſufficiet experimẽtis, vix inchoatam eſſe dixeris experiẽtiam. Donemus hęc cũ vno lapide facta experimenta ex voto ſucceſſiſſe optima: alios ob id oblatos lapides oẽs & ſingulos, eiuſdem cum illo bonitatis & pręſtãtiæ eſſe, dicere haud poteris. De ſingulo igitur lapide ſumendum erit experimentum, nulliq. ante fides dabitur aliqua. Quin etiã dũ lapidem iſtum hunc in modum explorãt Medici, illum, exẽpli gratia, eis qui peſtilenti febre laborãt, offerentes: aĩaduertant, conuenit; ſolo ne illo vtãtur, vel etiã ſimul alijs medicamẽtis: ſi ſimul cũ alijs eo vſi fuerint; nõ plus lapidi, in putredinis extinctione, q̃ alijs medicamẽtis, tribuere poterunt. Neq. ſignũ habere poſſunt aliquod, cuius medio, relictis alijs medicamẽtis ſolũ lapidem Bezaar extollãt, eiq. vni victoriæ palmã tribuãt. Ego ſanè nullã quæ id perſuadeat rationem video; qui ſciã, vnam ſolam

Experiẽtia quid poſſit in cognoſcẽdo vero lapide Bezaar.

natu-

naturam, vt cenſuit Hippocrates, morborum eſſe medicatricem. Quare & à pueris ipſis auxilia omnia quandoq; recuſantibus, & à ruſticis multis eiſdem ex toto carentibus, morbos ejuſmodi grauiſſimos ſępè ſola Natura depellit. Non licet igitur, vnius lapidis Bezaar exploratione rectè ſuccedente, álios omnes & ſingulos, vt bonos, veros, & genuinos approbare: Neq. è contra vno inefficaci, & falſo depręhenſo, reliqui omnes & ſinguli ſunt, vt tales damnandi. Quapropter lapides Bezaar adulteratos, à veris & genuinis, experientiæ auxilio dictum in modum, cognoſci & diſtingui haud poſſe, manifeſtè conſtare arbitror. Ad id ideò negotium redire videre eſt, vt omni ingenio cognoſcantur, & depręhendãtur, adulterati. Multis, audiuimus, propoſitos fuiſſe modos pro hac cognitione; qui quantum ad inueniendam rei veritatem valeant, & quæ fides eis ſit danda eſt à nobis omni diligentia conſiderandum. Primus propoſitus modus fuit: manibus lapidem eſſe comprimendum, deinde ſpiritu inflandum: nam ſi aer aliquis permeat, adulterati lapidis indicinm eſſe volunt; ſin minus, genuinum eſſe illum dicendum. Sanè verò experimentũ huiuſmodi facere, impoſſibile prorſus fuerit, niſi prius ab vtraq. parte apertus fuerit lapis; eius exterior tunica ſolida valdè cùm ſit, & meatibus huiuſmodi per quos aer inflatus permeare poſſit, omninò carẽs; quod Garziam, qui primus ingenium hoc in medium attulit, nõ animaduertiſſe, ſatis miramur. Quin etiã huius obſeruationis mediò, rei certitudinẽ aliquam habere nos minimè poſſe, non vno perſuademur argumento. In ijs primum lapidibus, qui ſuà natura dictis laminibus, ſiue tunicis carent, ſuntque omni ex parte vnitim, & ſolidè compacti (tales verò aliquos reperiri, nullus ſcriptorum exterorum negauit) vana eſt, & ex toto futilis exploratio huiuſmodi. In ijs deinde, qui diſtinctas habent tunicas, ſiue laminulas, res eſt admodũ incerta: quòd poſſint impoſtores laminulas illas arte ſic effingere, vnamq. alteri tali glutinis genere, apponere, quòd glutinis craſſities, aeri inflato, tranſitum ex toto impediat. Poterit hoc qui voluerit experiri. Neq. item res hæc manifeſta adeò eſt, vt de ipſo experimento non dubitemus valdè; vel. ſ. inflatum aerem per tunicas tranſeuntem, non benè percipientes: vel ſi cũ percipimus, quòd potius per ſpacium inter manus, & lapidem exiſtentem, pertranſierit, dubitantes. Arctiſſimè comprimatur lapis in manu, & tamen tale ex neceſſitate remanebit vacuũ, per qđ ſubtiliſſimus ſua natura inflatus ſpiritus poſſit pertranſire.

Modi quibus cognoſci poſſũt adulterati lapides Bezaar, conſiderantur.

Quòd

Quòd ſi lapides aliqui ſua natura Bezaarticis ſimiles prorſus ſint, & eorum virtute carent, vt ſtatuit Serapio: profectò in ægrotantiũ damnum, huic explorationi, quę ex voto ſuccedat, fidẽtes, decipiemur ſine dubio. Eaſdem porrò dubitationes, & difficultates habet propoſita ſecundo loco Cluſij exploratio. Nã experientiæ nomine indigna eſt talis exploratio, fidemq. ideo meretur nullam; vniusq. ſolius lapidis nõ omnium fit experimentum. Adde in bruto non in homine fieri explorationẽ; multaq. cani accidere poſſe, quę homini non euenient. Adde item genuinum, & verum eſſe poſſe lapidem exploratum, tametſi nullum canis ſenſerit auxilium. Agẽs.n. quoduis etiam naturale, in agendo aliquãdò deficit, ſuamq. propriam non edit operationem; præſertim ſi paſſum in quod agit non fuerit rectè depoſitum. Eſſe ea propter poterit, vt canis in quo recitatũ fit experimentum, ad recipiendum à medicamento auxilium, ſit minimè aptum, & quidem non vno nomine tãtum. Nihil deniq. moror quin dicã, mirabilem illam aduerſus venena facultatem lapidis Bezaar, ab Arabibus Medicis tantopere exaltatam, minime hoc æuo fuiſſe obſeruatam; quãuis febrium excellenti putredini, inimicam valdè illam eſſe, cognitum ſit manifeſtè. His igitur febricitantibus vtilis eſſe poterit lapis ille Bezaar, qui oblatũ cani venenum euincere non potuit. Non ideò damnari lapis poterit, & adulterio condẽnandus, quia cani illi auxilio non fuerit: Neq. etiam è contra genuinus prędicandus. Quod ſubdit Cluſ. idem, adulteratos lapides, neq. laminas ſplendentes habere, nec puluerẽ illum in meditullio cõtinere, ſed granulum, aut ſemen aliquod, ſupra quod Indi illum cõfecerunt: id mea opinione certum non eſt ex omni parte ſignum. Quod.n. attinet ad ea quæ in lapidis meditullio cõtinẽtur interim; tale quidpiam ſine impoſtura in eis collectum eſſe poſſe, ſatis manifeſtè antea oſtẽdimus: laminas verò, ſiue tunicas lapidis omnes & ſingulos; ſplendentes (quales in genuinis ſunt) effingi poſſe, difficile quidem, non tamen omninò impoſſibile eſſe nobis videtur. Quò deuenerit hoc tẽpore artificum induſtria: q̃ mirandæ ſint in rebus fingendis aſtutorum hominum inuentiones, neminem ignorare puto. Adulterari gẽmarum genus omne eum in modũ, vt etiã ab his, qui impoſturas profitentur, difficillimè deprehendantur adulteria, ab ipſis gemmarijs intelleximus, idq. idem apud ſcriptores gẽmarios legimus. Maius ego teſtimonium huius lapidis impoſturæ eſſe ſemper exiſtimaui, excedentem eius quãdam magnitudinem. Rariſſi-

Lapidis Bezaar aduerſus venena facultas, nõ egregia.

Primus modus impoſturæ detegendæ.

riſſima namq. res eſt, vt ad talem tantamq. magnitudinẽ excreſcat lapis hic. Id tñ eum in ſenſum accipio, vt extraordinaria admodum ſit magnitudo huiuſmodi: nam ad mali arancij magnitudinem, aliquem lapidem Bezaar, aliquando perueniſſe, docuerint, vt audiuimus, ſcriptores fide digni: ea etiam adhibita animaduerſione, quòd Peruani ſoli hanc magnitudinem ſuſcipere apti ſint; orientales minime. Neq. enim nos huius magnitudinis orientalem lapidem Bezaar, circumferri hucuſq. vidimus; aut quòd alij obſeruauerint talem, legimus. Cæterum animaduertere conuenit; niſi quidpiã aliud ſuſpicionem magis augeat, aut certius rem determinet, certitudinẽ in hoc ſigno reponere, periculoſum eſſe; nihil horũ in ipſa natura impoſſibile prorſus cũ ſit. Quęcunq. etiã de ſplendore, de ſoliditate & ęqualitate corticis exterioris, de grauitate & leuitate, de laminarum ordine & identitate, deq. lapidis ipſius ſubſtãtia, ſcripſit Chriſtophorus Acoſta: & ipſe nihili prorſus facio. Sunt hęc ſine dubio omnia & ſingula, genuini lapidis Bezaar, orientaliſq. pręſertim, admodum propria: poſſunt tamen ab ingenioſo impoſtore, arte talia fingi. Quod addidit, madefactum lapidem, calce vel alio tentorio affrictum; ſi colore viridi, ac florido tinxerit, genuini argumentũ eſſe: ſi nullo vel liuido, falſi; hoc etiam infidam habet certitudinem. Peruani.n. viridem non habent colorẽ; ſed neq. etiam omnes orientales; quare eorum tantum qui vireſcunt, fieri hunc in modũ poterit exploratio. Quanquam etiam arte confectos vireſcentes lapides, frictione media, facilè ſatis, poſſe rem fricatam tingere, eo perſuaderi quiſq. poterit argumento, quod artificioſi colores, facillimè tingãt res contactas. Experiatur hoc qui voluerit, rẽq. ſic ſe habere inueniet. Color in rerum ſubſtantia à natura introductus, eſt cum in modum cum illa mixtus, vt nullo poſſit auelli ingenio, nullaq. vi extupari, cũ ſint res ferè omnes benè coloratę, ſolidæ ſatis. Ab artificioſis color è contra facillimè diuellitur, quia mixtio non ſit naturalis in qua ad minimas vſq. Ariſtotele magiſtro, vniuntur partes; ſed partium potius quędã appoſitio. Quibus quidem ijſdem argumentis, & explorationi fides adimitur, quam Baccius fieri docuit, fricto lapide in planta manus cum ſaliua madefacta. Et quod dixit, artificium cognoſci per lapidis elegantiam; cùm ſint naturales rudidi & inæquales, vt qui ab hominis veſica extrahuntur; id ſua eiuſdem aſſertione reprehenditur, & ſine fide eſſe demonſtratur; qui cum alijs ſentiens, orientales lapides eſſe elegantes ſolidos & planos dixit; oc-

ciden-

adentales è cōtra rnuillos, & inæquales. Dic tu impoſtores, vtriuſq.
generis lapides arte conficere, & quas voluerint cōditiones vnicuiq.
tradere. Nos verò lapides elegātiſſimos, ſolidos, ac ferme ſplenden
tes, ab hominis veſica, cū fellea, tū vrinaria extractos, vidiſſe: bona
fide teſtari poſſumus. Minus etiā verum eſt, formam hanc vel illam
adulterij argumentū eſſe certum; quando forma quælibet etiā ele-
gantiſſima in naturalibus iſtis lapidib⁹ contingere poſſit. Eſt quidē
ſine dubitatione verū, perfectas, pulcherrimasq. illas formas, ouū,
lentē, oliuam, nucem, iuglandē, aut tale quid aliud referentē, rariſſi-
mè in his lapidib⁹ introduci: poſſe tū contingere, experientia oſten
dit. Proximis annis (teſtis ocullatus mihi erit, Nobiliſſim⁹ adoleſcēs
Dioniſius Aliprandus Medicus doctus & ingenuus) mulieris Illu-
ſtris cadauer aperiri iuſſimus, in cuius veſica fellea, lapides plus mi-
nus quindecim inuenim⁹ formę triangularis perfectę oēs; valdè lu-
cidos & planè ſolidos; coloris flaui nigreſcentis, cū maculis nigrio-
ribus hinc inde ſparſis; quos certè, artificē ingenioſum ex induſtria
tales feciſſe dixiſſes. Rariſſima res hęc eſt fateor: ſed non impoſſibi
lis: Quapropter, formas huiuſmodi adeò pulchras lapidis Bezaar,
impoſturę ſuſpicionē facere, concedimus, non certū teſtimoniū eſſe.
At maximā adulterij certitudinem eſſe cū eodem Baccio fateri cō- *Secundus*
uenit, ſi lapidis confracti fragmēta, terrę figulinæ aut gypſo fuerint *modus a-*
ſimilia, & admodum dura: cū tales in genuinis lapidib⁹ non poſſint *dulterij*
eſſe conditionēs. Vereor ipſe tū, aſtutiſſimos impoſtores, ea in his la *deprehen*
pidibus conficiendis vti diligentia, vt lapidum ſubſtantiā, naturali- *dendi.*
bus conditionibus, q̄ ſimillimam componant, impoſturā omni inge
nio abſcondere ſtudentes, cōſcij cum ſint & certi, ſecus, lapide fra-
cto, adulterium detectū iri, ſi diſſimilē à naturali habuerint lapides
ſubſtantiā. Qui deinde adulteriū hoc manifeſtè cognoſci exiſtima-
runt, acu, aut ferro aliquo cādente in lapidē immiſſo, ſi malus exie-
rit odor, quòd non cōtingit ingenuino lapide: ij, id omne & totum
quod fieri pōt, mea opinione, nō animaduerterunt. Sanè vero, ma-
lus qui exeat odor impoſturā ſine dubio detegere non nego: nullus
è contra odor, aut ſaltē nō malus, certitudinē facere, non exiſtimo:
componi cū poſſint lapides ex rebus minime odoratis, ſiue odorem
malum nullū emittentibus. Porrò etiā veriſſimum cū ſit odore quo-
uis carere genuinos & veros lapidęs Bezzar; ex neceſſitate fateri cō
uenit, odorē quendā ſuauiſſimū emittentes lapides, artificioſos eſſe
& falſos: quod adnotaſſe tanti refert; quāti impoſtores ad fallēdos

idiotas & pręcipuè delicatiores mulieres, in hoc maximã reponere ſolent induſtriã, cuiuſmodiq. odores ſuauiſſimos magno artificio lapidib⁹ inſerunt, tali ingenio quęq. ſine dubio falli poſſe exiſtimantes. Quod adduxit Cigalinus experimentum, tunicarũ lapidis tam

Tertius modus.

interiorum, q̃ exteriorum, pollice ſic detergendarum, vt puluiſculus abradatur tenuiſſimus, remaneãtq. nihilominus tunicę ſplẽdentes; id & ipſe in his lapidibus qui tunicis carent, ſed ſolidas habẽt internas partes oẽs, non valere, exiſtimauit: addo ipſe verò, poſſe etiam arte, vt antea dicebamus, tales tunicas fingi, quę etiã ſic abraſę, ſplẽdeant nihilominus. Concauas illas laminas, quę circa meditullium pręcipuè ſunt, excipito, in quibus ſplẽdor & leuitas arte induci poſſe vix crediderim: ſplendor.n. & leuitas nonniſi ex ſucco concreto, & exiccato, caloris medio, produci poteſt; quod in partibus illis internis, quibus ſtatim alię exiccandæ adijciuntur, ſeruari poſſe, ferè impoſſibile eſt, ſplendorq. pręcipuè, quare etiã internam harũ partium ſplendor certius quodãmodo ſignum apud nos eſt. Hinc itaq. factum puto, vt vir tantus nec ſatis vnquã laudatus, cui veritatis & ingenuitatis effigiẽ in corde à natura inſertam fuiſſe dixiſſes, de bonitatis & prauitatis horum lapidũ cognitione, in his qui orientales ſunt, & laminibus ſiue tunicis, carent, & in oĩbus Peruanis fermè deſperauerit. An ne igitur ex toto dãnandi ſunt lapides iſti Bezaar, nullaq. illis fides tribuẽda? an etiam ſunt ab arte nobiliſſima propterea eliminandi? minime ſanè. Hęc cognitionis difficultas, Medi

Lapidis Bezaar cognitionis difficultas, Medicos facere debet cautos.

cos, vt cautè incedant, admonet, & in lapidibus cõmendandis, ſeſe diligentiores pręſtent, vndiq. proſpiciant, nullius quãquam potentis authoritate moueantur, vtq. adulteria, & impoſturas detegant, totis viribus ſtudeant & inuigilent. Quid nos hac in re ſentiamus in mediũ proferemus; iudicent alij qui iudicio valent & doctrina. Inter conditiones veri genuiniq. lapidis Bezaar, Serapionẽ, & Nicolaum Monardes, eam connumeraſſe, antea audiuimus (eam tñ nos hucusq. experti nõ ſumus) ꝙ ſi in aqua diu detineatur, liqueſcit, &

Modus vniuerſalis iudicandi lapides Bezaar.

in lęuorẽ abit. Hoc ſi eſt; non dubito quin lapidis veri Bezaar, certũ omninò ſit ſignum. Nulli nãq. alij lapidi, quod ſciamus, aut legerimus, id euenit, Lemnia terra, & Bolo Armena excepta. Quare ſi ex his lapidẽ aliquem qui Bezaar ſimilis ſit, confici cõtingat; decipiemur quidẽ hac in exploratione, quia liqueſcet in aqua poſitus: ſed minus malum erit adulterium huiuſmodi, quia ex ea terræ ſpecie ſit cõfectus lapis, quę & ipſa febribus aduerſatur malignis, fuitq. hũc

in

in vſum à grauiſſimis ſcriptoribus Medicis cõmendata. Quęq. fuerit alia terræ lapidisue ſpecies in conficiendo lapide ſumpta, ea in aqua poſita liquari haud poterit, totaq. quia grauis aquæ fundum petet celerrime. Non tamen abſolutè adeò hoc accipi velim, quin lapidum & terræ cuiuſuis ſpecie dimiſſa, materiã aliquam in aqua liqueſcentem eligere impoſtores poſſint & lapides conficere: Animaduertere tamen cõuenit, ſine terræ aut lapidum materia aliqua, ſubſtantiam quandam lapidi ſimilem, non ita efformari poſſe, quin citò & facillimè adulterium dephrehendatur, vbi diligẽs adhibeatur animaduerſio. Atq. tandem, quoniam in veris dignoſcẽdis lapidibus Bezaar, & impoſturis circa eos factis dephrehendendis, certo caremus ſigno; Medicorum propterea rationalium imitatione, in morbis certo ſigno carentibus dignoſcendis, ad ſignorum quam vocant syndromem confugiemus, ſignisq. multis & minus dubijs in vnum collectis, probabiliorem quandam quæremus cognitionem, poſteaquam ex arte certam habere nequimus. Lapide itaq. aliquo Bezaar ad iudicandum nobis oblato: formam eius, colorem, & magnitudinẽ in primis conſiderabimus diligenter. nullaq. ab his adulterij ſuſpicione nobis oblata, lapidem ipſum per medium frangemus protinus, eiusq. intimam cauitatem quam meditulium vocãt, inſpiciemus, quæ ſi nihil, quod adulterium innuat continuerit, & puluiſculum, aut paleolum, aliorumue quidpiam eorum, quę poſſibilia eſſe dicta ſunt, habuerit, genuitatis & bonitatis, ſatis probabile erit argumentum, atq; adhuc longè probabilius ſi tunicas habuerit lapis, ſibi quidem ipſis ſtrictè adherentis, ſed ad viſum cõſpicuè diſtinctas, eiuſdem omninò coloris, ſplendoris & ſubſtantię cũ externa; quæ ſi etiam pollice deterſæ ſplendeant adhuc, & ſubtiliſſimum puluerem emittant, ſiq. fragmenta eius vbi frangatur lapis, nihil extraneum habuerint, nullumq. odorem bonũ aut malum emiſerint; maiori dubio procul commendatione, dignus erit lapis. In vniuerſum ſignorum omnium ſindromes erit colligenda, & ſignum quodq. attentius ponderandum, eaq. inter ſe comparanda omnia, & ſingula, eaq. etiam quæ impoſturã ſignificant; lapisq. ille commendandus, quẽ plura cõmendauerint ſigna, & probabilia magis, artificioſæ impoſturæ ſuſpicio, aut nihil penitus, aut ſaltem minus, damnauerit. Qui ſi etiam in aqua poſitus liquefiet; maioris etiam approbationis voces merebitur. Quapropter ex his manifeſtè conſtare arbitror, quàm facilè, & ſępè ij decipiantur Medici, qui in

Medicorũ in approbãdo lapide Bezaar, error.

Digitized by Google

iſtis commendandis lapidibus faciles adeò ſunt; ſolaq. eorum pulchritudine, aut etiã poſſidentium authoritate, freti, eos in vſum ducunt protinus. Dicent, arbitror, ſe his lapidibus frequẽtiſſimè vtentes, nocumentum quòd fecerint aliquod adhuc non animaduertiſſe. Sed pręſidium, quòd attulerint, idq. certè an cognouerint; quęram ipſe. Ex æquo enim & pręſidia & nocumenta, incerta eſſe, clarum eſt apud me, cum pręſertim, alia ſimul in vſum veniant medicamenta. Quòdque ad ipſam horum lapidum attinet vtilitatem, quid ſcripſit Valleſius doctiſſimus, Hiſpanorum non modo, ſed & Europęorum omnium Medicorum, ſplendor & corona, libro 4. ſui method. med. cap. 2. hic adnotare non pigebit.

Valleſij ſententia de lapide Bezaar.

Vſus, & multorum approbatio maximam authoritatem comparauit, inter ſimplicia lapidi Bezaar, & primam quidem ei qui aduehitur ex India; ſecundam ei qui ex America: Inter compoſita, compoſitioni celebri ex Hyacintis: Lapidi quidem, multi ijq. prudentiſſimi atteſtantur. Mihi verò nullus non eſt adulterationis ſuſpectiſſimus: timeo ne nullus non ſit factitius. Multos tamen iuuit, neſcio an opinione; ſed & hoc debet Medicus vti. Quis quæſo ſcriptoris huius celeberrimi authoritatem non multi fecerit? Præterquam quòd enim doctiſſimus eſt nullusq. opinione noſtra; poſt Galenũ & Græcos alios ſcriptores, rectius de rebus Medicis ſcripſit & luculentius; Hiſpaniarũ etiam Regis Maximi Philippi huius nominis ſecundi, Medicus fuit cubicularius: ad quem Regem tanquam omnium poſt Salomonem potentiſſimum, ex ſuis etiam proprijs regionibus, & Regnis, veri genuiniq. lapides Bezaar fideliſſimè deferri debuiſſent, & à Medico illius omnium peritiſſimo probè cognoſci; qui tamen tantum hac in re habuit dubium, vt nullum non factitium, ſe cognouiſſe, liberè admodum faſſus fuerit. Nunc quę ad rectũ huius medicamenti vſum ſpectant, proſequamur, eiusq. vtendi rectam & cõuenientem methodum, doceamus: Quo nimirum & quanto tempore; qua quantitate; & quo modo ſit lapis iſte offerendus.

Lapidis Bezaar vtẽdi modus.

Quo tempore offerendus lapis Bezaar ſit.

Quod ad primam temporis cõditionem attinet quo. ſ. tempore ſit ille ægrotantibus offerendus Venenine, an febris putridæ occaſione, eo vt necceſſitas ferat, prius erit diſtinguẽdum. In venenis namq. vſque ad omnimodam eorum euictionem, ab initio morbi vſq; ad finem incluſiuè, eo vti Medicus cur non debeat rationẽ nullam video. At in febrium putridarum curatione, duo in genere obſeruare ſolent Medici tempora: Vniuerſale vnum; particulare alterum. Vniuerſale tempus quadruplex eſt: Principium; Augmentũ;

Digitized by Google

ſtatus & declinatio; in quibus omnibus ac ſingulis temporibus, declinatione excepta, tali medicamento vti Medicum debere, eo argumento perſuaderi, vel facilè quiſq. poterit, quia ad excellentẽ peſtilentum febrium putredinem euincendam, in vſum veniat illud: quæ quidem putredo totis ijs temporibus maximè viget, & potentiſſimè aduerſatur naturę, egetq. hęc propterea potenti valdè auxilio. In declinatione verò euicta iam cùm ſit putredo à natura: ſi pręſertim criſis pręceſſit in ſtatu, tanto illa non eget auxilio, ſed ſola ferè virium inſtauratione. Probè quidẽ hæc omnia: Sed quo minus in morbi initio & augmento vniuerſali, tuto vti illo poſſimus, viros grauiſſimos, magna ratione addubitaſſe video; quia.ſ. Serapione magiſtro, ſudorem mouere ſoleat lapis Bezaar qui orientalis ſit; occidentalem verò, ventrem mouere, voluerunt aliqui; quorũ neutrum in vniuerſali morbi initio in quo crudi ſunt humores ſicuti & in augmento, conuenire, Medico cuius etiã initiato, ſatis manifeſtum eſſe puto. Addo ego etiam in ſtatu antequam omninò concocti ſint humores, eadẽ ratione non conuenire medicamentũ huiuſmodi. Siue.n. ſudorem mouerit, ſiue aluum excitauerit, diſtrahetur his temporibus à coctione natura, ægrotantiq. dãnum accedet euidentiſſimum & penè irremediabile. Poſſe difficultatem hanc dirimi, viros eoſdem grauiſſimos exiſtimaſſe legi; ſi dixerimus, affirmaſſe Serapionem, ab aſſumpto veneno ſudorem mouere lapidem Bezaar, eiusq. medio venenum expellere: neq. de febribus locutũ illum fuiſſe, quibus quidem, non ad expellendum q̃ celerrimè venenum: ſed ad putredinem excellentẽ euincendã, conuenit huius medicamenti vſus. Nobis autẽ Serapionis ſcripta paullò attentius legentibus, illud innotuit manifeſtè, non de lapide præcipuè Bezaar, enũciaſſe illum, quòd venenum per ſudorem expellat, ſed de lapide ab Arabibus chobori dicto qui ſimilis eſt lapidi Bezaar; cumq. lapidem non omnibus venenis aduerſari dixit: ſed tantũ venenis animalium & plantarum, morſibus & puncturis venenoſorum: Quapropter quod huic lapidi ineſt, illud idem lapidi Bezaar ineſſe, affirmari nulla ratione poteſt. Quis ſit autem lapis hic appellatus Chobori, hoc loco quęrere ſuperfluũ prorſus eſſe exiſtimo. Vtcunq. ſit, lapides Bezaar ſiue orientales, ſiue occidentales quibus hoc tẽpore vti ſolent Medici, ſua natura ſudorem mouere, vel aluũ ſoluere, qui cognouerint, neſcio: nos ſanè, & nobiſcum alij multi tale quid non cognouiſſe nos affirmamus. Quòd ſi aliquando eueniſſe contingat,

An ĩ morbi initio, tuto poſſit eſſerri lapis Bezaar.

aut

aut poſthac cõtinget, horum effectuum aliquem lapide Bezaar oblato, euenire; id certè non lapidis cauſſa eueniſſe, ſed naturę prauos humores ante tempus euacuare conantis, cenſuit Cigalinus eruditiſſimus. Neq. huic ſolutioni, opponi volumus, Nicolai Monardes & Chriſtophori Acoſta authoritatẽ, qui talem ſudorificã facultatẽ lapidi Bezaar, tribuerunt; cũ ſint illi Serapionẽ hac in re ſecuti, eius verba oſcitantius legentes. Quanquam etiã horum hęc affirmatio, longè minoris æſtimãda venit; quia nec Garzias ab Horto, nec Ioſeph Acoſta; neq. etiam Petrus de Oſma, qui in ipſis Indicis regionibus, Animalia lapidem hunc in ventre habẽtia, occidit proprijs manibus quamplurima, ab eis lapidẽ extrahit, eius facultates oẽs obſeruauit, & ab Indis obſeruatas diligentiſſimè didicit; talis facultatis lapidis Bezaar, minime meminerunt. Hęc de vniuerſali huius lapidis exhibendi tẽpore, ſat ſunto. De particulari autẽ, id vnũ hoc loco affirmare lubet, quietiori tẽpore, & ieiuno ventriculo, horis ante cibum plus minus quattuor eſſe illum febricitantibus offerendum: De qua re plura cũ ſcripſerimus in controuerſijs noſtris, non eſt, vt hoc loco cum tẽporis iactura inutiliter, repetãtur. In venenorum verò curatione, quocunq. diei ac noctis tẽpore, à cibo & ante cibum, offerri illũ poſſe ac debere, is Medicus non ibit inficias, qui apud probatę authoritatis Medicos ſcriptores curandorũ venenorum methodum docentes, legerit, ſępius etiam eodẽ die, vt lethaliſſimus q̃ celerrimè ſuperetur inimicus, magniſq. itineribus fugiens vita retineatur, exhibenda eſſe Alexipharmaca, precipitanterque quodammodo, vt in Peſte iuſſit Celſus, eſſe adminiſtranda auxilia.

Quo particulari morbi tẽpore ſit offerendus lapis Bezaar. Cõtrouerſia 46.

Quantò verò tẽpore, lapide hoc vti expediat; nos certè vnius neceſſitatis vrgentis, durante pręſentia, breuiter determinari rectè poſſe exiſtimamus; ſiue venena, ſiue excellentẽ febrium putredinem euincere neceſſitas ferat. His.n. potentiſſimis vitæ inimicis, aduerſantes Medicos, vſq. ad abſolutam victoriã, aduerſari par eſt: ne fortè inimicorum reliquia aliqua in ſuo vigore relicta, reuiuiſcat morbus iterũ, deteriorq. non vno nomine ægrotantis conditio euadat. Rẽ hanc omnem clarius & perfectè magis docent, quę à nobis de vſu theriacæ annis ſuperioribus, edita ſunt. Hæc tamen eorũ Medicorũ errorem repręhendũt manifeſtè, qui in iam dictis febribus peſtilentibus, ſimplici, duplici, ad ſummum triplici huius lapidis exhibitione, contenti ſunt. Quantitatem eius ſingula quaq. vice ægrotantibus offerẽdam, nõ ita facile fuerit nobis determinare, ob opinionũ obſer-

Quanto tẽpore ſit offerendus lapis Bezaar.

Medicorũ error in tẽpore offerendi lapidis Bezaar.

Quãtitas particularis lapidis Bezaar offerenda.

obſeruatam varietatem. Nos ſanè iјs non aſſentimur, qui medicamenti huius quantitatem, vnà cum theriacæ quantitatē, voluerunt præſcribendā eſſe; diſpar omninò & maximè diuerſa cum ſit huius vtriuſq. medicamenti natura. Vim propriè Alexipharmacā habet theriaca ipſa cuius quantitatem, conuenientem qui exceſſerit, maximè ob id nocere Galenus cenſuit in lib. 5. de ſimpl. med. facult. c. 18. quia, naturam habent mediam, inter corpora perpetientia, & medicaméta ipſa ledentia: vt videlicet, eadem ſit proportio corporis ad facultatem Alexiteriam, quę illius ad deleteriam: & rurſum deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Hanc facultatem pręcisè non habet lapis Bezaar, tamē ſi venenis aduerſetur, tutiorque propterea eſt eius vſus: nec in illius quantitatis oblatę excedentia, tale contingit periculū. Habet tamen, & ipſe, ſuę cōuenientis quantitatis terminos quoſdā, quos ſi multū exceſſeris, ægrotantibꝰ detrimentum afferre non vno nomine poſſis: infra è contra ſi multū ſtteris, minime iuuabis. Eorum igitur non approbo Medicorum opinionē, qui uſq. ad pondus granorum triginta, ſingula vice exhibendum eſſe voluerunt: idq. non ea ratione ipſe damno, ꝙ nimium excedat in hac quantitate ægrotantium ſumptus: ſed quoniā puluere hoc multis diebus (nō. n. in febribus dictis vnica, aut iterata eius oblatio ſufficere poteſt) in tanta quātitate oblato; grauabitur omnis vētriculus, illamq. quantitatē ſuſtinere non poterit, & rectè diſtribuere: erit autem longè grauius erratum huiuſmodi in venenorum curatione, quæ repetitā etiam eodem die medicamentorū huiuſmodi: ex neceſſitate poſtulat oblationē. Minus etiam cū iјs ſentio, qui huius lapidis trium granorū pōdus excedere auſi non ſunt; quorum vnus fuit Monardes; certum cū ſim paruam hanc quantitatem eas vires habere non poſſe, quę venenis & excellenti dictarū febrium putredini validè reſiſtat & aduerſetur. Dicat quis fortaſſe, longum vſum, quantitatis defectum reſarcire tandē poſſe: eſto: ſed pernicioſiſſima cū ſint venena, & febris peſtilentes læthales & motus celerrimi, tantas nō dant inducias: ſiq. lentè cum eis pugnabis, oppugnaberis non oppugnabis. Hac eadē ratione non ſunt iј audiēdi granum vnum ad ſummū duo qui non excedunt. Serapionis authoritatem hac in re maximi ipſe facio, qui duodecim granorum hordei pondus hoc eſſe voluit: quantitas, meo iudicio, eius mediocritatis qui inter multā & paruam media eſt, quæ ſuas contra morbos ſęuiſſimos poteſt valenter exercere vires & à ventriculo probè

ferri

Digitized by Google

ferri & diſtribui. Nolim tamen exactè adeò hanc quantitatis metã ſiue legem accipi, vt nõ puſſit illa, aut minoris ætatis, aut imbecilli ventriculi cauſſa, alteriuſue cuiuſpiã vrgentiæ, quadantenus diminui: infra tamen granorũ ſeptem pondus, ſubſiſtere, neminem debere exiſtimo. licet itaq. Chriſtophori Acoſta ſententiam in eo non recipio, quòd duo tantum grana interim exhibenda eſſe cenſuit: eã tamen eius partem laudo, quę ad decem vſq. grana quantitatem hanc augeri poſſe, voluit. Qui igitur ſeptem: qui decem: & qui duodecim grana determinarũt offerenda: ij, mea opinione rectè determinarunt: hancq. communem huius temporis Medicorum noſtrorũ eſſe uideo ſententiam. Illud etiam ſcriptores omnes affirmaſſe legimus, atq. à Medicis omnibus obſeruari ſcimus: Peruani ſ. lapidis tanquam imbecillioris, paullò plus exhibendũ eſſe: minus de orientali qui ualentior eſt. Exhibendi porrò huius medicamenti modus, is eſt apud ſcriptores, & Medicos omnes eo utentes, cõmuniſſimus, ut in tenuiſſimũ puluerem redactus, exhibeatur: quia ſic facilior ſit illius ad corporis uenas internas, aliosq. patentiores meatus, diſtributio: illiusq. eiuſdem, à naturali calore ad actum celerior redactio. Ne verò ſuam ob tereſtreitatem, faucib⁹, & oeſophago nimis adhæreat ſuæq. quãtitatis quidpiam in his partibus deperdatur: humorem aliquem, qui eum promptius, & liberè magis in ventriculum deducat, illi adiungere ſolẽt Medici; eiusq. facultatis humore eiuſmodi eligunt, quę & ipſa morbo cuius gratia exhibetur, aduerſetur quadantenus. Aquam propterea in febrib⁹ peſtilentibus, ex oxalide, meliſſa, ſcorronera, borugine, citri floribus, & id genus alijs, in ignis per roſtratum alembicum uitreũ, extractam, ad tres, vel quattuor uncias, ad ſummum quinque, rectà cum ratione, illi adijciunt. Nos verò eo conſilio puluiſculos huiuſmodi, vnà cũ ſyrupo libentius propinamus, quia ieiunus tunc cùm ſit ventriculus, ſimul cum eo ad internas uenas, traducuntur. Quandoq. etiam, aut palati delicatioris cauſſa, aut etiam propter aliquem à capite fluxionem, dictũ puluerem in bolum cum aliquo ex recitatis liquorib⁹, reduci iubemus. Porrò, recitatũ huius medicamenti exhibendi modum, ab ipſo Galeno, de theriacæ exhibendæ modo differenti, didicerunt Medici; ſicuti in his quæ de vſu theriacæ: ſcripſimus, docuimus. Addamus etiam Hippocratem ipſum, grauioris momenti medicamenta offerentem, ptiſſanę quidpiam, ſtatim à medicamento deuorato offerre, ſoluiſſe: idq. in lib. de rat. vict. in acut. planè docuiſſe: ad oeſophagum

Peruani lapid. Bezaar, quãtitas maior offertur.

Modus particularis exhibendi lapidis Bezaar.

Digitized by Google

phagum. ſ. abſtergendũ, & medicamenti reliquias illius parietibus adhærentes, ſtatim in ventriculũ deturbandas. quòd ſi fortè fortuna neq. potioni, neq. bolo aptus aliquis fuerit: nebulam, in aliquã ex ſupradictis aquis madefactã, puluiſculo repletam, deglutiendã damus. Neq. certè vnà cũ lapide Bezaar, aliud medicamẽti genus miſcendũ eſſe, ipſe quoq. cenſeo; id ſi quidẽ Arabes ipſi dãnarunt; poſſitq. facilè euenire, vt quæ medicamenta eandẽ in genere facultatẽ habent aduerſus venena; ea interſe anthypatiã habeant aliquã, ſecretioréue inimicitiã adhuc non cognitã, quæ vtriuſq. medicamẽti ſimul mixti actionẽ è veſtigio impediat. Quin' etiã Indos ipſos qui primi medicamentũ hoc cognouerunt, & inuenerunt, illudq. primi pariter in vſum medicã traduxerunt; eo vti ſoliiſſe ſimpliciſſimo, & impermixto, teſtati ſunt antea ſçpius à nobis adducti ſcriptores exteri. Hęc itaq. hunc in modũ de lapide iſto ſcribere nobis licuit: quę ſi vera ſunt; iam cuiq. cõſtare arbitramur manifeſtè; prudentes ad- modũ & cautos in eo eligẽdo, & adminiſtrãdo eſſe debere Medicos; nè fortè in ægrotantiũ vitæ, & facultatũ dãnum maximũ, decipiantur oſcitãtius. Rogamus, cęterum, eos oẽs & ſingulos, & enixè obſecramus, potentiũ virorum lapides hos poſſidentiũ, authoritatem; tanti interim nõ faciant, vt vel in eorũ prętantia, & veritate exploranda, minus ſint diligentes, vel etiã quouis prętextu eos reprobare non vereantur. Adulationis genus peſſimũ hoc eſſe, ſcire eos velim, quo nihil in arte nobiliſſima, nocentius eſſe põt, aut indignum magis: vno. n. hoc turpi conſilio, & qui lapides ipſos poſſidẽt, & ipſi ægrotantes falluntur turpiſſimè, eorũq. vterq. ſub Medici fide, læduntur grauiſſimè. Caueant, rogamus iterũ, ne vel amicitię, vel auri cauſſa, oblatos à mercatoribus lapides, oſcitãtius cõmendent, eisq. aurũ maximè affectantes, obſequentur negligentius, vel etiã prętio ſeducti; vtilitatẽ multã in mendacio ſibi cõparare ſtudentes. Plutarchi ſentẽtiæ illius memores: Ligna. ſ. ipſa ignẽ augẽdo, ab ipſo igne cõſumi. Si qui fuerint, qui ſine malitia, in re tãti momẽti iudicanda ſeſe negligẽtiores pręſtiterint: in id dubio procul incidẽt ſępiſſimè, ꝙ dãnandos cõmendabunt lapides, & cõmendãdos dãnabũt. Ques verò in his eiſdẽ lapidibꝰ cõmendandis, dubios eſſe contirget; eos, iu eorũ cõmendatione ſuã non fallant cõſcientiã, moneo; ſed apertè dubiũ proferant, ſeq. nihil certi determinare poſſe, liberè oĩnò fateantur. Hęc eſt illa ingenuitas, quam dux noſter, & ante ſignanus Galenus, Medico rationali dignam eſſe iudicauit: Nos verò nobili, & chriſtiano digniorem eſſe dicimus. FINIS.

Tractationis epilogus.

P D E

Digitized by Google

DE SMARAGDO.

PARS TERTIA.

Præfatio.

Medicinã ſolus fecit Deus.

DEI OPTIMI MAXIMI Immenſam erga hominem miſericordiam, nullus eſt, qui non fateatur: Huius vnius, vnam in vtilitatem, cuncta feciſſe illum, omnes vbique prædicant. Solam tamen medicinam ipſammet ſine medio aliquo, propter hominis eiuſdem neceſſitatem eximiam, creaſſe, ſacrę teſtantur litterę. Rebus propterea omnibus animatis inanimatisq. quæcunq. & vbicunq. illæ fuerint, vim aliquam medicinalem, tribuiſſe illum, ſenſatè cognouerũt Sapientes; ſicq. nulli regioni, nulli ætati, Sexui, temperamento alijue hominũ conditioni, conueniens in ægritudinibus, deeſt auxilium. Et inter hæc omnia, in terræ viſceribus, aut etiam alibi naſcentes lapides prætioſi aliqui, nõ infimam, multorum iudicio, ſunt conſecuti conditionem. His. n. præter elementarem naturam, mirabiles etiam quaſdam proprietates, ſiue facultates, cœlitus fuiſſe traditas, in Christianis & profanis litteris ſcientiſſimus Thomas Sanctus, in lib. 3. contra gentiles, clariſſimè affirmauit. Sed & ante illum, Platonicorum Philoſophorum, determinata fuit opinio, lapillorum, herbarum, metallorumq., nunquam ſatis ſpectatam fuiſſe poteſtatẽ & actionem, extra quam natura pertingat elementaris; animã eſſe in mundo affirmantes, ex qua nihil non vel minimum, potentiam vbiq. ſingularem, conſequatur: *Siquidem, inquiunt, quòd rebus multis peculiaris quædam & admirabilis adſit vis, quam ad elementarẽ cauſſam, haud queas referre, non contingit ſimpliciter, & ex multorum confluxu. Alias caſu quoque ea poſſent euenire, aut certè firma, non forent. Quamobrem ex animali*

Lapides ꝑtioſi facultatem habẽt etiã medicã.

&

Digitized by Google

& ſeminaria profluere ratione fatendum eſt. Quò nomine obſeruarunt prudendentiores & diligentiores, Paeoniam collo appenſam comitiales adiuuare plurimum; Polypodium atram purgare bilem; timorem Corallo pelli: Lauum aduerſus fulgur, Amulętum eſſe præſtantiſſimum: In horum numero, lapidem quoq. Smaragdum, gemmam nobiliſſimam, Medicos ſcriptores quamplures, iampridẽ repoſuiſſe, certa apud omnes res eſt; vim ei aduerſus venena, eiusq. generis & naturæ morbos alios, atq. etiam aliquos minime venenoſos, manifeſtè & ſine dubitatione tribuentes. Res hęc, quo primum tempore, ſub Leoniceno, Curtio, Paulo Iunio Craſſo, Manardo, Fracaſtorio Mũdella atq. alijs multis, reuiuixiſſe viſa eſt Medicina: hiq., non quæ hic, vel ille, etiã multæ authoritatis ſcriptor, de rebus Medicis ſcripſerat; ſed quæ ratio, & experientia, vel ſimul, vel diuiſim, perſuadebant, affirmare cõſtituerunt, ad penſum reducta eſt diligentiſſimè, & in vtramq. partem diſputata. Alijs medicamenti huius vſum cõmendantibus, vt proficuum & ſalutarem: illum eundem vt nocentiſſimum damnantibus nonnullis: Vnum inter alios honoris etiam cauſſa nomino Aloyſiũ Mũdellam Brixienſem, doctum quidem, & prudentem ſcriptorem Medicum, in prima ſuarum Epiſtolarũ, Anno ſalutis noſtræ 1543. Baſileæ impręſſarum, ad Hieronymum Fracaſtorium ſcripta, de Smaragdi vſu in medicina differentem, illiusq. vanitatem, & inualiditatem, manifeſtis rationib⁹, demonſtrantem. Fuit, arbitror, deinde etiam, lis pro veritate rectè determinata; hancq. gemmã medicamenti nomen mereri nullum, euidentiſſimè demonſtratum. omnes tamen, & ſinguli in hanc vſq. diem Medici, in eandem non potuere duci ſententiam; plęriq. ſiquidem initam medicamenti huius ad vſum traducendi, retinere maluerunt conſuetudinẽ; perpetuisq. propterea temporibus vſq. ad hęc noſtra, qui illud laudauerint, & eo in morborum curationibus vſi fuerint, non defuerunt Medici; vim præcipuè quandam aduerſus febres peſtilentes illi tribuentes; in eius vſu ſpem ſalutis maximam reponentes; & ad illud interim tanquam ad ſacram quandam anchoram; confugientes; facillimũ eis futurum animaduertentes, Potentiores homines, & idiotas omnes in officio, & credulitate detinere; eisq. opportuna oblata occaſione, peregrinum, ſimulq. pręcioſorum medicamentum (gemmam nimirum illuſtrem) inſinuare vtiliſſimũ. Huius generis medicamentorum delectantur, quàm maximè Magnates ipſi & Potentiores, & ad ea quæ excellentiam quandam etiã exteriorem præſeferunt, acci-

Smaragdo vires Medici attributa.

Aloyſius Mundella ſmaragdi medicam facultatẽ negauit.

pienda, perſuadentur faciliimè, vel minimæ cuiq. probabilitati ex toto acquieſcentes. Nobis igitur in tanta de re huiuſmodi graui Medicorum multorum controuerſia, vnius veritatis cauſſa, ſcribere de eadem hoc tempore voluimus, & quid pro veritate ſentiamus, in medium afferre; rati, rem eandē valdè difficilem, ſępius, & à diuerſis agitatam, veritatis lucem, certius & firmius, aliquando ſuſcepturam. Vt.n. aurum ipſum, igne ſępius probatum, & expurgatum, nitidius euadit, & prętioſius; ſeſeq. tandem ſine mixtura aliqua offert puriſſimum, ſuis tātum veris & genuinis qualitatibus circumſeptū: Ita, quæ in artibus, & ſcientijs maximè difficilia ſunt theoremata, ſepiſſimè & à diuerſis ſi agitentur, & diſputentur, optatam tandem veritatis lucem, vt aſſequantur, neceſſe eſt.

Scribēdi occaſio.

MODO, quod quęrimus, facilius aſſequi quò poſſumus & verius, ipſius Smaragdi nominis, & eſſentiæ declarationem aggrediemur in primis: ſpecies deinde eius quæ & quot ſint; quam generationem habeant, & quo in loco, diligenter inquiremus: quas adhęc facultates habeat Medicas, intelligere conabimur. In vtramq. aūt partem rationis, medicamenti huius vſum probantes, vel condemnantes in medium poſtea afferemus, proq. viribus noſtris negotiū ex toto abſoluemus. Quoniā igitur omne ſatis viride, Smaragdum vniuerſaliter appellarūt antiqui Greci; Gemmam hanc propterea, ſuæ intenſę viriditatis cauſſa, Smaragdum appellatum fuiſſe, cenſuit Iſidorus lib. 16. Ethimolog. cap. 7. Arabes verò, teſte Serapione in lib. de ſimpl. & mineris, & minera lib. cap. 384. Zabarget, uel etiam Zinard, hanc eandem gemmam nominarunt; quod nomen, rei quæ uiridis ſit, conuenire, illi exiſtimarunt. Ex quo Smaragdos omnes, cuiuſq. generis fuerint, & quocunq. in loco geniti, uirides eſſe, dicere conuenit. Qui.n. albi eſſe dicuntur Smaragdi, ut poſt audiemus, non quia uerè albi ſint tales dicuntur; ſed quia minus uirides cùm ſint, ad albedinem ipſam inclinare quodāmodo uidentur; non ſunt tamen abſolutè albi. Sic & aliqui Saphyri à ſcriptoribus nōnullis præſertim à Plinio dicuntur albi; quia dilutiorem cyaneū colorem cùm habeant, ad albedinem uergere uidentur, cùm tamen omnes cyaneum habeant colorem. At gemma cùm ſit Smaragdus ipſe (propriè ne an impropriè, nunc non quæro) aqueæ quòd ſit ſubſtantiæ dicendum eſt: quòd hęc una, propriaq. perſpicuitatis gemmarum ſit cauſſa. eorum.n. opinio, quæ ex prioribus metallorum fumis, longo temporis ſpacio à Solis, & Stellarum uirtute cōgelatis

Ordo tractationis.

Smaragdi nomē.

Smaragdi aliqui cur dicū tur albi.

Smaragdi eſſētia

gelatis, conſtare gemmas affirmauit: nõ de his gemmis quę in aqua aut terra congelantur, uera ingemis eſt: maximam deinde etiam apud omnes patitur difficultatem: niſiq. fumi nomine; vaporem quendam aqueum, craſſum, & humidum intellexerint; eſt iampridem firmis rationibus exploſa opinio huiuſmodi. Porrò aquea hæc gemmarum ſubſtantia, in loco vbi generantur gemmæ, collecta, frigoris medio, cum in modum induratur, vt non ſentiant ille poſthac limam aliquam, idq. gemmarum omnium quæq. ille fuerint, peculiare ac proprium eſſe, omnes conſtituerunt: cum.n. inter lapides, & locis concreſcant frigidiſſimis, à frigore ſeruĕtur, à calore debilitentur, aquea etiam ſubſtantia, non niſi gelu concreta ſplendeat, velut in glacie, & ad tactum ſint illæ perpetuò frigidæ: hinc eueniſſe creditum eſt, quod duritiem eam ſuſcipiant, quæ limę vim effugiat.

Gēma oēs cur limā non ſentiant.

Huius ea propter tantæ duritiei cauſſa, tereſtrem quandã acquirit gemma naturam, comminutaq. propterea, eius fragmenta terram omninò rapręſentant: Dixitq. ideò Raſis in lib. de Venenis, referẽte Serapione: *Generatio Smaragdi, & Zabarzed, eſt ſicut generatio Iacoth, niſi quia ipſi non habent de ſiccitate, illud quod habet Iacoth:* Colligi autem Smaragdos in comiſſuris ſaxorum, flante Aquilone, author eſt Iſidorus, loco ante ſcripto: *Tunc enim, inquit, tellure deoperta, inter micant, quia ijs ventis arenæ maximè mouentur:* Quęcadem fuit Plinij opinio in lib. 57. Natural. Hiſt. cap. 5. Sed de vna tantum Smaragdi ſpecie, quam Bactrianam appellauit; cum Ægyptos Smaragdos in collibus, & cautibus, colligi, ſcripſerit.

Quibus in locis colligatur Smaragdus.

Et Ioſeph Acoſta in lib. 4. Hiſtor. Natural. & Moral. Ind. cap. 14. Naſci Smaragdos ſcripſit in lapidibus chriſtalli inſtar. ſeq. vidiſſe teſtatus eſt talem gemmam in ipſo lapide inceptam ad modum fili progredientem; indicium, ſua opinione euidentiſſimum, tractu temporis perfici in dicto lapide hanc gemmam, quando, earum vnam ex vna parte albam, ex altera viridem: alias ex toto virides inſpexerit. In metallicis item ærarijs colligi hãc eandem gemmam idem Iſidorus eodem loco, Straboнẽ ſecutus, affirmauit: quod quidem eo argumento confirmaſſe aliquos legimus, quia viridis ſit ærugo ipſa.

Smaragdus ærarius.

Raſisq. ideò Smaragdi viriditatem à viriditate minerarum æraminis, prouenire voluit. Atque eo indicio certiſſimo probari Smaragdum ærariũ, voluere aliqui, ſi Lydio lapidi affricatus, æris colorẽ reddiderit. Argenti quoq. mineras, Smaragdos producere, ſcripſit Georgi⁹ Agricola in lib. de Natura Foſſil. Auri mineras addidit

Smaragdus ærarius quõ probetur.

Scrapio.

Digitized by Google

Serapio. Porrò autem in Ægypto, in Iſthmo inter Coptum, & Appollinis ciuitatem, naſci Smaragdos, ſcripſit ſtrabo lib. 16. Geographiæ. Scithiam, Bactriam, Cyprumq. Plinius adiecit: Terras Garbi Serapio; & Terras nigrorum, Albaſari Arabs. Quin & in diuerſis nouæ Indiæ partibus hanc gemmam concreſcere, nouiſſimè ſcripſit Ioſeph Acoſta, loco paucis ante aſſignato, in Mexico. ſ. Regno, Peruano & Gramatenſi, quod nouam appellant Hiſpaniam: tantã immò in Peruana regione eſſe Smaragdorum copiam animaduertit, vt propè Mantam, & locum *Porto vecchio*, dictum, reperiatur oppidum ob Smaragdorum copiã ingentem, Smaragdinum appellatum; & ob id quia tanta huius gemmæ ſit copia, minorem hoc tempore illam habere exiſtimationem, & vilins prętium habere, ille exiſtimauit. Ex diuerſis itaq. his regionibus, & diuerſo generationis modo, quamplures Smaragdi ortas eſſe ſpecies, fuere qui animaduerterint.

Smaragdi ſpecies multæ.

Plinius.n. & Iſidorus, duodecim has eſſe, dixerunt, quidem; ſed tres ſolas particularius expręſſerunt: scythicos, quos etiam nobiliores cõſtituerunt: Bactrianos, quibus ſecundum dederunt locum: tertium, Ægyptijs: *Reliqui, ſubdiderunt, in metallis ærarijs inueniuntur, ſed vitioſi:* Quòd.n. in diuerſis regionibus mineræ æris reperiantur, & vna quæq. ſuos producat Smaragdos; plures quoq. & diuerſæ, eorum ſpecies multiplicatæ ſunt: Agricolam legat loco allegato, qui hæc particularius intelligere, voluerit.

Smaragdorum diuerſitates

Cœterum, & has diuerſas ſpecies; vniuſq. & eiuſdẽ ſpecici Smaragdũ, aliquam in colore, magnitudine, figura, conſiſtentia, alijsq. accidentibus, ſuſcipere differentiam, ijdem ante citati ſcriptores, animaduerterunt.

Smaragdum magnitudo diuerſa.

In colore quidem, optimos eos conſtituerunt, Serapio, & Georgius Agricola, qui ſunt magis virides, lucidiores, & magis trãſparentes, irradianteſq.: minus bonos eos qui ſunt obſcuriores. Quapropter etiam conditionis minoris eos eſſe dixeris, quos referente Serapione, ex Arabibus quibuſdam, coloris vini eſſe dixit, vel ſicut color rei fumo aſperſę: ſicuti & hi in quibus ſunt venæ albę claræ; & illi quorũ color eſt ſicut grani viridis.

Smaragdus in Vrbe Ianua magnitudinis miræ.

Magnos item eſſe Smaragdos quoſdam; paruos alios, & re ipſa conſtat manifeſtè, & vnus omnium authorum fuit conſenſus. Neq. eam magnitudinem ipſe nunc obſeruo, quam in Vrbe Ianuæ, rei cuiuſdam admirandæ loco, in paropſide, ex lapide Smaragdo, confecto, obſeruari, ſciunt omnes:

Alter à theophraſto deſcriptus.

aut eam de qua Theophraſtus ſcripſit, Regem Babyloniæ, Regi Ægypti Smaragdum dono dediſſe, longitudinis quattuor cubitorum,

torum, latitudinis trium: minusq. eam ex qua pyramidem ex quattuor Smaragdis cōſtructam, longitudinis cubitorum quadraginta, latitudinis ex vna parte quattuor, ex altera duorum eſſe, ſcripſit idē Theophraſtus: aut aliam eiuſmodi inſignem magnitudinem & peregrinam; ſint hę quādoquidem magnitudines, miraculi cuiuſdam potius lóco, obſeruandæ: vel fortaſſis (Theophraſti, & Plinij ſuſpicio fuit) non Smaragdi, ſed lapides quidā ſua natura virides: Eam nunc tantum magnitudinem conſidero, quæ communiter in Smaragdis obſeruari ſolet; quam eò vſq. tantum augeri ſcripſit Theophraſtus (tamen & ſatis infrequenter) vt in eo lapide ſigillū quodpiam cómmune poſſit imprimi; maiori ex parte minores, præſertim qui in Cypro concreſcunt. At maior eſt horum lapidum in forma, ſiue figura, differentia; quoniam eorum plerique, Plinio referente ſunt admodum concaui, & ita, vt viſum colligant: *Quapter, inquit ille, decreto hominum ijs parcitur, ſcalpi vetitis*: Alij ſpeculorum inſtar, corpus extenſum habent ſupinique imagines rerum reddunt. Neronem autem, gladiatorū Principes, pugnas ſpectaſſe Smaragdo, Plinius idem ſcripſit: Alios in altum extendi, ſcripſit Georgius Agricola: infinitos propemodum eſſe quadratos, aut altera parte longos, obſeruarunt gemmarij. Differunt item cōſiſtentia inter ſe Smaragdi, ſint ſiquidem eorum aliqui duritiei cuiuſdam inſignioris; fragiles ſatis alij. Scythicorum Smaragdorum tantam eſſe duritiem Plinius animaduertit, vt nequeant vulnerari: Minorem duritiem habere Cyprios, ſcripſit Agricola, & adhuc magis fragiles Carchedonios, ſicuti & aliorum partem plurimam. Sed longè multiplicior eſt Smaragdorum ipſorum, propter accidentia quædam, quæ Plinius, Iſidorus & Agricola, appellarunt vitia, differentia. Breui ſatis oratione hæc perſtrinxit Iſidorus: *Nam inquit, aut ære, aut plumbo, aut capillamentis, vel ſalis ſimiles, notas habent*: Longiori eſt eadem proſecutus Plinius. Cyprios. n. variè glaucos eſſe ſcripſit: quibuſdam intercurrere vmbram; ſurdumq. fieri colorem, & quandoq. dilutiorem; quò fieri exiſtimauit, vt aliqui ſint obſcuri, qui vocantur cęci: alij denſi, nec è liquido tranſlucidi, quidā varia nubecula improbati: hęcq. coloris vitia eſſe dixit: illa corporis: capillamentum, ſal, plumbago; hoc eſt, vt in ſole plumbei videantur. Aeris item & fellis color, vitium Smaragdi eſſe, ille conſtituit. Plura alia ibi proſecutus eſt, gemmæ iſtius vitia, volenti cuique in propatulo poſita. Alia addit Agricola; quæ quoniam nihil ad rem

Smaragdi forma diuerſitas.

Conſiſtentia Smaragdorū diuerſa.

Smaragdorum vitia.

noſtram

Digitized by Google

Smaragdorũ adulteria.

noſtram faciunt, conſultò à nobis prætermittuntur. Cæterum & Smaragdis accidere, vt adulterio mutetur, vel etiam lapides quoſdam eis ſimiles inueniri, quæ fallunt; maximè refert hoc loco adnotaſſe. Lapidem Datrarieg, in omnibus, prꝑterquam in luciditate, Smaragdo ſimilem eſſe, ſcripſit Serapio. Eandem cũ multis naturam habere Plinius admonuit, aut certè ſimilem, Beryllos in India originem habentes, rarò alibi repertis; quæ eadem fuit Iſidori atteſtatio; hoc etiam qui addidit, reperiri gemmã magna ex parte Smaragdo ſimilem, Chalcoſmaragdum dictam, quòd viridis ſit, & turbida æreis venis. Inſeri quoq. Smaragdis, & quę vocantur, Tanos, è Perſis venientem gemmam, ingratè viridem atq. intus ſordidũ, Plinius admonuit. De alijs gemmis viridibus, Praſſio.ſ. Chryſopraſſo Indico, Iaſpide, Topazio, Gallaica, Molochite, Heliotropio, Sagda, Myrrhite, Melichloro, Choaſpite; non eſt vt dicamus eſſe ſimiles Smaragdo, virides ſint licèt; quoniam peculiaria quædã propria & manifeſta habent ſigna quibus à Smaragdo diſtinguuntur euidentiſſimè, Iſidoro eodem authore. Illæ.n. Smaragdo ſimiles eſſe dicuntur, quę ob paruam differentiam inter eos exiſtentẽ, haud facilè diſtingui poſſunt. Smaragdos autem multis modis adulteriũ ſuſcipere contingit. Horum vnus (fortaſſe etiam adulterij nomine indignus) quando, Plinio & Iſidoro aduertentibus, mero & viridi oleo imbuuntur, ſiue innouantur Smaragdi. At in eis adulterium hoc cõmitti Plinius animaduertit, qui probè virides non naſcuntur, vt viriditas in illis inducatur perfecta. Deteſtandus magis & magnis etiam vocibus damnandus eſt, relatus à Plinio Indorum, chriſtallo tincto adulterandi Smaragdi modus. *Quinimmò etiam, inquit lib. eodem 37. cap. 12. extant commentarij authorum, quos non equidem demonſtratim quibus modis ex chriſtallo tingantur Smaragdi: Neq; eſt vlla fraus vitæ lucroſior:* Democriti libellum antiquitus legi, animaduerterunt aliqui, in quo ad conficiendum Smaragdum, lapidem quendam excoqui præcipiebat. Cuius impoſturę, in Epiſtola ſua nonageſima meminit Seneca. At authoritatis apud me eximiæ ſcriptor, Hieronymus Cardanus in lib. 7. de rerũ ſubtilitate qui de lapidibus eſt, Smaragdi conficiendi modum hunc ingenio plenum, ſcripſit: *Teritur chryſtallus tenuiſſimè, additur martia cocta, & ærugo ſplendidiſſima, vel vermicularis; foditur later crudus; in ponuntur hac terra, ac in fornace lateris in excoquitur inter alios ſigno addito; inde extrahitur gleba ſmaragdo ſimilis; exciditur, politur, vitrum tamen eſt, ſed adeò ele-*

gans

gans, vt niſi qui primo inuenerunt, inquit ille, magnis fruſtis nimis celeriter voluiſſent ditari, indeq. ſuſpicionem copia, & magnitudine iniecißent, potuißet & nunc latere fraus maximo, ac incredibili inuentorum lucro, quanquã nec ſine lucro fuerint; vidi ego pulchros adeò, vt auro circundat; natiuos ſplendore vincerent: Nunc ad huius gemmæ facultates inquirendas, ſermonem conuertamus. Eius quidem virtutem pręcipuam eſſe, quòd viſum roboret & impleat, incolumem ſeruet, & à nocumentis præſeruet, pleno ore affirmarunt Plinius & Serapio. Nihil autem ad rem noſtram hęc eius virtus facit, ſicuti nec facultas illi tradita ab Alberto Magno in lib. de lapidibus, cõſeruandę pudicitię, ingenij acuendi, & eloquentię in homine augendæ; nec ea quam ei tribuit Raſis in lib. de Proprietatibus, oculorum tyri diſſoluendorum, & liquefaciendorum, ſi cadat aſpectus eius ſuper ipſum lapidem Smaragdũ: minusq. etiam illa à Marſilio Ficino in lib. 10. de immortal. animæ cap. 5. cõmemorata libidinis extinguendæ. Eam vnam attendendã primum dicimus, quam ſcriptor idem, cum in lib. 3. de vita cœlitus comparan. cap. 12. tum in lib. Antidotus inſcripto, cõtra peſtẽm & venena, ei ineſſe teſtatus eſt. Porrò etiam, gemmam hanc eãdem in potu ſumptam, venenis aduerſari lęthalibus, & morbis venenoſis, & punctionibus animalium habentibus aculeum, bona ſua fide promiſit Serapio; ſuam ſententiam his verbis enuntians: *Qui ergo dabit in potu de limatura eius pondus granorum viij. hordei illi, qui ſumpſit venenum, antequam venenum faciat in eo impraſſionem, liberat eum à morte, & non cadent capilli ab eo, neq. exuriabitur, & eſt euaſio ſua:* Qui idem Serapio, geſtatam in anulo hanc gemmã, pręſeruare hominem ab epilepſia voluit; ſi tamen eam in ſuo digito antequam ſuperueniat ei epilepſia, induerit: *Propter quod, inquit, docentur Reges, quod ſuſpendant Smaragdos ad colla ſuorum filiorum ſtatim quando naſcuntur, ne ſuperueniat eis epilepſia:* Conferre etiam leproſis, quando ſumitur in potu limatura eius, ex ignoto quodam Arabo tranſtulit idẽ Serapio. Alios Arabes eius fuiſſe opinionis, ſubdens, quòd ſuſpenſus ad coxam mulieris Smaragdus, accelerat partũ; & collo ſuſpenſus, cõferat meri, & ori ſtomachi, quod ſcripſit libri de incant. & adiurat. Galeno falsò adſcripti, author, Smaragdũ collo ſuſpenſum, aut digito geſtatum, defendere ab epilepſiæ caſu; id ab ipſo Serapione ipſum accepiſſe exiſtimaſſem; niſi Ariſtotelis authoritate id ille confirmaſſet. Solus, quod ſciam, ex Græcis Aetius, tetrab. prima ſerm. 2. cap. 39. Smaragdum aſſatum, & tritum, cum melle Attico permixtum, oculorum hebetudines ſanare: cum melle

Smarag. facultat.

Q verò,

verò, & gummi illitum, elephantiaſi laborantibus, vtiliſſimum eſſe: eundemq. potum, ab eodem malo in totum liberare: ſiſtere & ſanguinem vndecunq. feratur, ſcripſit. Illud quidem ſine dubitatione verum eſt, inter probatæ authoritatis ſcriptores Medicos Arabes, Auenzoarem lib. 1. Theyſir cap. 7. Smaragdum collo ſuſpẽſum, valere cum magno effectu contra Epilepſiam, ſicuti & Poeonia collo ſuſpenſa, apertè affirmaſſe. Qui idem excoriatis à veneno inteſtinis, bibitum Smaragdum, ſummæ cuiuſdam vtilitatis eſſe, teſtatus eſt lib. 2. eiuſdem operis cap. 5. tract. primi; illud admirandum euenturum ſtatim poſt eius aſſumptionem promittens; quoniam incipiet ægrotans habere anguſtiam cordis, & videbitur ei, quòd omnia membra eius eradicentur abinuicẽ; etſi poſt hoc ſudauerit infirmus dormiendo, ſanitatẽ promet certam: expertam rem etiam eſſe, affirmans, ſuſpẽſum in epilepſia, & hęmorroidibus Smaragdum, mirabilis efficaciæ, & iuuamenti eſſe. At eum in modum euinci epilepſiã à Smaragdo, docuit Georgius Agricola, ſi morbi vim ſua virtute minorem eſſe contigerit; ſin minus ipſe à morbo ſuperatur; tuncq. in plures ex ſe remanet diuiſus partes; poſtrema hac mirabili eius facultate ex Alberto Magno dubio procul mutuata; qui Regis cuiuſdam Vngariæ hiſtoriam ſcripſit, qui cùm Smaragdum in anulo geſtaret, dum venerem exerceret, ſciſſus eſt Smaragdus protinus. Huius mirandi effectus cauſſam inuenire conatus eſt Cardanus doctiſſimus loco paucis ante aſſignato. Nimirum; cũ gemmarũ oĩum maximè fragilis ſit Smaragdus, vt ipſe exiſtimauit; cumq; abundanti, & tenui humido cõcoctio acceſſerit, calore vexata diſrũpitur.

Regis Vngariæ hiſtoria de Smaragdo in venere rupto.

Nàm humidum inquit concaleſactum, in aerem tranſit, maiusque occupat ſpatium, inde diſrumpit. Incaleſcere plurimum, ſubdit, corpus in venere, & anhelitus frequentia, & ſudoris euentus etiam quandoq; docet, calorque hic magis imprimit, quia non, quemadmodum in exercitationibus, ſenſim diſſoluitur. Verum enimuerò ad id quod hoc loco à nobis in controuerſiã ducitur, vnum illud ſufficiat, venenis oĩbus, & morbis venenoſis Smaragdum aduerſari, voluiſſe viros recitatos: quod licet ab eius quadã in abſconditiſſima, & proprietate occultiſſima prouenire, omnes ad vnum affirmauerint: ſua tamen ingenij ſubtilitate vſus Cardanus, id propterea euenire dixit, quoniã epota hæc gemma, mollicie vincitur à natura, plus omni alia gemma: perſpicuitate ſubſtantiam ſpiritus recreat; humidi ſui cõcocti abundantia, naturę confert humanæ, & veneni naturam retundit. Quia verò lapis eſt; ſtabiles ideò

Smaragdus qua rõne venenis aduerſetur.

vires

vires retinet. Atq. ob hanc cauſſam, ꝙ venenis reſiſtere dictus ſit Smaragdus; febribus etiam ipſis peſtilentibus, venenoſam quodãmodo putredinẽ habentibus, ſummè aduerſari Smaragdum, recentiorum aliqui, aſſeueranter affirmare non ſunt veriti. Horum ſanè omnium, ducem primum, & anteſignanum fuiſſe inuenio Hieronymũ Fracaſtorium, ſcriptorẽ quidẽ grauiſſimum & doctiſſimũ, deq. rebus Medicis optimè meritũ; hac de Smaragdi huiuſmodi facultate, oratione inſtituta, in lib. 3. de morb. contag. curat. capit. 6.

Febribus peſtilentib. aduerſari Smaragdum.

De Smaragdo autem ſpecialiter dicendo, ego quidem ab antiquis, nullam talem attributam illi prærogatiuam inuenio, qualem recentiores quidam Medici attribuunt. Quoniam autem, de rerum virtutibus loqui poſſumus, aut per experientiam factam, aut per rationem: ego quidem ſuper hac re experientiam ſufficientẽ, ſatis difficile fieri arbitror: nam etſi aliquis aſſumpto Smaragdo ter & quater, viſi ſunt euaſiſſe; inſida tamen eſt, ad vniuerſale ſi illatio fiat, quoniam incertum eſt, per accidens ne contingerit, an per ſe, niſi ratio ad communem naturã fiat; poteſt autẽ ratio certè fieri, quòd Smaragdus valere ad eiuſcemodi febres debeat, quòd frigidus ſit, & ſiccus, quemadmodũ, & de alijs dictum eſt: habere autem prærogatiuam ſuper alia tanquam ſacrum quoddã antidotum, ratio nulla afferri poteſt, quoniã, an agat, & per ſpiritualem anthipatiam, nec rõne, nec experientia cognita eſt: regium tamen ſit medicamentum, quod magno prætio venit:

Et quidem, frigidam & ſiccam eſſe Smaragdi naturam, ante Fracaſtorium, affirmauerat Serapio; Duce, itaq. Fracaſtorio eiusq. authoritate minime vulgari freti Medici multi; gemmæ huic maximam poſthęc tribuerunt fidem, eamq. aduerſus febres peſtilẽtes, & alios recitatos morbos, ægrotantibus offerre, nunquam ſunt veriti; auxilijsq. alijs multis antea tentatis, ad illam tanquam ad ſacrã anchorã confugerunt, qui potè, morbi vi maxima reluctante, conſilij non minus, quàm auxiliorum eſſent inopes. Quin etiam aliquos hoc tẽpore Medicos; rei huius nullam rationem, ne quidẽ quærere velle, animaduertimus; ſolo eo argumento acquieſcentes; ſe nonnullarũ curationum proſperos euentus obſeruaſſe: & quod in aliquibus feliciter euenit, idem in omnibus deinde euenturum, ſupponere. Fuere etiam, qui ob eam rationẽ, febre peſtilenti laborantibus, Smaragdum vtiliter offerri poſſe, ſibi perſuaſerunt; quia non minus peſti aduerſetur, ac faciat terra lemnia; de qua in lib. 9. de ſimpl. med. facult. cap. proprio Galenus ſcripſit, in atrociſſima illa peſtilẽtia, vniuerſum populum non aliter inuadente, atq. ex Thucydidis teſtimonio, & authoritate ſequijt in Athenienſes, ſolo eius beneficio, quicunq. ſuperſtites fuerunt, ſanatos eſſe. Credidere alij Smaragdũ,

Frigidus & ſiccus eſt Smaragdus.

Smarag-dus & Iaſpis virid. idē ſecundum aliq.

& Iaſpidem viridem, aut idem quoddam eſſe, aut eaſdem ſaltem vires habere; quia Serapio Smaragdi hiſtoriam recitans, eadem ad verbum ſcripſerit, quæ Galenus de Iaſpide virente in lib. 9. de ſimpl. med. fac. cap. proprio. Eorum verò quæ viſui grata ſunt, nullum homini non eſſe vtile, cùm ſuppoſuerit Cardanus: Smaragdum propterea pulchritudine præſtantiſſima præditum, hominis quoq. ſalubritati, conferre voluit. Hanc autem conferentiam, eſſe cordis inſtaurationem, multos voluiſſe legi, qua in re Auicennæ authoritas pro eorum opinione ſtare videtur, cùm affirmauerit Hyacinthũ ore detentum, animi vires iuſtaurare. Vtcunq. ſit: venenis aduerſari Smaragdum cùm ſuppoſuerint Medici multi, putridorum quoq. humorum mali moris febres facientium, malitiam veneni ferè æmulam, euincere quoq. poſſe ſibi ſunt pſuaſi. Hęc verò omnia de Smaragdi facultatibus hunc in modum determinata, licèt veriſimilitudinem multam habeant, & probabilitatem, atq; à uiris prodierint grauiſſimis; eiuſmodi tamen eſſe nobis non videntur, quę ab iis Medicis, ut firma & vera debeant accipi, qui ratione & experientia ducibus, artem hanc exercēt nobiliſſimam, quiq. in his pręſertim quæ ad morborum curationes ſpectant, exercitationi doctrinam ipſam iungere ſolent, nullius quis excelſi ſcriptoris ſola authoritate ſic freti, quin ratione atq. experientia repugnantibus, eum è veſtigio non deſerant. Etenim ratione ipſa à nobis hac in re in conſiliũ ducta, omnibusq. & ſingulis ad eam ſpectantibus, ſumma qua potuimus diligentia propenſis: Smaragdo, in febrib[9] peſtilentibus, vtentes Medicos; neq. rationem, neq. experientiam, minusq. etiam grauiorum ſcriptorum authoritatem, quibus ſe tueātur, & rectè agere aliis perſuadeant, habere, animaduertimus. Quinetiam his eiſdem argumentis, quib[9] gēmę huius vſus in dictis febribus inefficax demonſtratur & periculoſus: in aliis pariter morbis omnib[9], talis, noſtra opinione, conuincitur. Primum.n. eſt ſine dubitatione uerum, Plinium, & Iſidorum, qui aliarum gēmarum virtutes quas vel ipſi cognouerunt, vel ab aliis didicerunt, aut audiuerunt, diligentiſſimè adnotarunt, nullam prorſus ne quidem minimã medicam virtuté, Smaragdo, tribuiſſe: colore eius excepto, quem viſum roborare dixerunt. In Indiis deinde noui orbis, in quibus vt audiuimus, Smaragdorum tanta eſt copia: nullam pariter in eis medicam vim cognitam eſſe, teſtatus eſt Ioſeph Acoſta lib. 4. Nat. & Moral. Hiſt. Ind. cap. 14. Galenus item & eo antiquior Dioſcorides, qui ſupra cęs dę Me-

Smarag. febrib. peſtilen. non aduerſari

Galen. & Dioſc. de ſmaragdi facul. non ſũt locuti

Medica materia ſcripſerunt ſapientiſſimè; quarundã gẽmarum vir-
tutes cognouerunt,easq. ſcriptis mandarunt, & de Smaragdi Medica facultate,nullum fecerũt verbũ, licèt illum habuerint optimè perſpectũ. Soli Arabes Medici,ijq. non oẽs,de Medica huius gemmę facultate quędam ſcripſerunt,alijs diligẽtiores eſſe cùm voluerint, id quod neq. ratio,neq. experientia confirmauerat, promptè nimis affirmantes. Porrò,morbos quibus tale medicamentũ aduerſatur,enumerantes,febres cuiuſcunq. generis omiſerunt. De ſolis venenis illi locuti ſunt,& quidem cũ euidenti premeditatione ac limitatione,Serapionis verba id demõſtrant apertè: *Qui ergo,inquit, dabit in potu de limatura eius põdus gran.viij. hordei illi qui ſumpſit venenum, antequam venenum faciat in eo impreſſionem,liberat eum à morte.* virtutis illius efficaciam contra venena, hac diſtinctione ꝙ imminuerit,apertius arbitror conſtat, q̃ in pluribus debeat declarari. Opinioni huic proximè ſatis acceſſit Auenzoar; ea conditione profuturum Smaragdum diſſenterię ex veneno,enuntiãs; ſi in principio paſſionis cognouerit Medicus à ueneno exulcerata eſſe inteſtina: quaſi innuere uoluerit,poſt principium ipſum,ueneni radicibus altè iactis,imbecillas ſiue inefficaces eſſe Smaragdi uires. Vt interim illud etiam obiter adnotemus,non ad vlcera ſananda, ſed ad venenum euincendũ,lapidis iſtius vſum,illum cõmendaſſe. Albertus & ipſe Magnus, cuius authoritati tm̃ hac in re tribui video; vires quidem quaſdã Medicas Smaragdo tribuit; ſed aduerſus febres, & venena nullam. Quapropter, ſi ſcriptorum Medicorum authoritatem hac in re,attendere voluerimus; nulla vel ſaltem leuis ſpes in hoc medicamento eſt reponenda. Nullam eſſe eam dixerit, qui ab ipſa experientia teſtimoniũ ſumere voluerit. Quis.n.ex antiquis Medicis ſcriptoribus, enarratas huius medicamenti facultates,experientiæ medio confirmauit? Arabes illos qui de hac re locuti ſunt, & quaſdam huius lapidis facultates enuntiarunt, per experientiam eas didiciſſe, ſupponere poteris; ipſeq. non repugnabo. Sed eorum authoritati, quæ & quanta fides ſit tribuenda, iam audiuiſti. Poſt eos in hanc vſque diem,quod ſciam nemo, huius medicamenti veram experientiam, ſe feciſſe affirmauit. Omnis.n. qui illud approbauit,Arabũ de eo ſcribentium authoritate ſola fretus fuiſſe viſus eſt. Videre autem videor adduci fortunatos aliquos obſeruatos euentus ab exhibitione Smaragdi; quibꝰ, infortunatos longè plures,ſi quiſpiã obiecerit, ꝯtrariorum euentuũ multitudinẽ, medi-

Digitized by Google

medicamenti dignitas incerta reddetur protinus, dubijq. multum ſuſcipiet. Sed qm̃ hoc vno medicamento, in dictis febribus pręſertim, vti minime ſolent Medici; ſed ſimul alijs multis, & his quidem diuerſis, manifeſtiſſimas atq. probatiſſimas facultates habentibus, bonum, malumne euentũ, huic vni medicamento, quis tribui poſſe dixerit? Plura de re huiuſmodi antea de Vnicornu, & Lapide Bezaar differentes, diximus; in quorum fidem, & confirmationẽ maiorem, quæ de iecinore canis rabidi Galenus ſcripſit in lib. 11. de ſimpl. med. facult. capit. proprio, lubet hoc loco commemorare; *Iecur, inquit, canis rabientis, ſi eſui me datur, remedium exiſtere ijs qui ab ipſo fuerint morſi, quibuſdã eſt proditum. Ac ſcio certè quoſdam qui ſumpſere, manſiſſe ſuperſtites; verum non illo dumtaxat vſos. ſiquidem alia præterea remedia quorum fecimus periculum in rabientibus, tunc adhibuimus. Audiui verò quoſdam cùm illi ſoli fidem habuiſſent, poſtea mortuos:* Quicquid autem de huius medicamenti vera experientia, ſtatuere libuerit; cum etiã ratio illi obſtet è diametro, nullam apud rationalem Medicum, meretur fidem. Audiamus Galenum ipſum in lib. 8. de comp. med. ſect. loc. cap. primo, de re huiuſmodi ſic differentẽ. *Qui namq. ab experientia citra rationalem methodum auxilia inueniunt; meritò quæ ſæpè iuuarũt in memoriam reuocant, & in vſum conuertunt; eorum enim quæ ſæpè eodẽ modo facere viſa ſunt, obſeruationem, & memoriam ſuam ipſorum experientiam eſſe aiunt:* Horum verborum ſenſus eſt: pſeudo experientiam ſępè pro vera experientia prædicari, cui ſi aduerſetur ratio, carere eã fide prorſus. Quid verò de Smaragdi vſu in febribus præſertim peſtilentibus, ratio ipſa doceat, & ſuadeat, operæ prætiũ fuerit, quæſiuiſſe.

Smaragdi vſus periculoſus.

Primum itaq. minime tutum, vel etiam periculoſum eſſe huius gemmæ vſum, inde manifeſtum euadit, quia, vt dictũ antea, eſt, lapides alij quidam, Smaragdo ſimiles ſint, & non ita facilè inter ſe diſtinguantur, vnumq. pro alio in ægrotantium dãnum maximũ, facilè ſumi poſſit. Gẽmarij ipſi ad quos potiſſimũ cognitio ſpectat huiuſmodi, ſępè ſunt ignari; ſępius aſtuti, & callidi & auari; ſibiq. oblata pecuniæ corradendę multę occaſione, neſcios Idiotas decipiunt; paucíq. Medici, aut pharmacopolę, cognitionem hãc callent, nec de ea ſollicitos eos eſſe videre eſt. Longè maius periculum hoc mea opinione eſt, & pernicies ferè certa in huius lapidis vſu propter impoſturas, & adulteria Smaragdorum. Si mero, & viridi oleo imbutum, vt perficiatur, Smaragdum, ad manus Medicorum duci contingat; quis tuto vti ſe eo poſſe, ſibi perſuadere auſus fuerit? olei nãq. viridis, quod acerbum eſt cauſſa, vim quandam adſtringentẽ, & obturan-

Digitized by Google

turantem acquiret gemma; olei etiam medio craſſiore reddita eius ſubſtantia;ſuſceptaq. etiã vini calida qualitate, remittetur eius frigiditas potius quàm ſecus. Pauci, vel nullius momenti adulterium hoc eſſe ſi dixeris: illud certè, quod ex tincto chriſtallo, Smaragdũ referente, fit; periculoſum & ſummè noxiũ eſſe, non negabis: venarum obſtructionẽ faciet maiorem chryſtallus; cui facultatẽ inſigniter adſtringentem ineſſe, cõmunis Medicorum ſemper fuit opinio. Eo propterea in febribus nunquam vſos fuiſſe antiquos Medicos, pręcipuèq. Galenũ, legi: fortaſſe etiam ob eius duritiẽ vehementiſſimam. At ex tinctura peiorẽ adhuc reddi illius conditionem ex eo manifeſtũ fit, quod viridem colorẽ ex ære viridi cõficiant pictores vt plurimũ; quomodocunq; aliter color huiuſmodi in chriſtallũ inducatur, ſucco nimirũ, aqua, alteriusue generis humore, tutus etiã hoc nomine nequaquam eſſe poterit chryſtalli vſus. Quę verò noxę ex tincto chryſtallo imminent; eæ longè maiores ex intro tincto, viridiq. effecto, vitium ſiquidẽ inter venena enumerauerint, Dioſcorides, Galenus, atq. alij antiqui ſcriptores omnes. Atq. hoc quidem maioribus vocibus dãnandum eſt, quòd recentiores Medicos multos, de hoc uno potiſſimũ, uel maximè conqueſtos fuiſſe legerimus Smaragdi prętioſi locò, uitrũ tinctum uiliſſimo prętio uenire. Ex his autẽ quid de alijs circa Smaragdum impoſturis, dicendum ſit, manifeſtè conſtat. Si quis argumenti huius euitandi cauſſa eo ſe recipiat, quòd gẽmarum probandarum modũ docuerint ſcriptores aliqui diligentiſſimi, genuiniq. Smaragdi ueras conditiones deſcripſerunt; ei ſanè haud repugnauerim qui ſciã, Plinium in lib. & cap. ult. nat. Hiſt. probari gẽmas quaſq. admonuiſſe, translucentes, matutino tẽpore, aut ſi neceſſe eſt in quartã horam, etſi grauiores ſentiuntur poſthęc corpore. Factitijs puſtulas in profundo apparere, ſcabritiẽ, in cute, in capillamento, fulgoris inconſtantiã priuſquã ad oculos perueniat, deſinentemq. nitorẽ. De Smaragdis autẽ in cap. 5. dixerat ante: Amplificantur uiſu, inficientes circa ſe repercuſſum aera, non ſole mutati, non umbra, non lucernis; ſemperq. radiantes, & uiſum admittentes, ad craſſitudinẽ ſui, facilitãtes translucida; quod etiã in aquis non fit. Scio pariter ſcripſiſſe Georgium Agricolã in lib. 1. Foſſil. Smaragdũ ipſum, & charchedomũ pręſertim, id habere, quod inclinatus, ſeſe reddidit lucentiorẽ: Nec me latet, uoluiſſe aliquos, ueras gẽmas à falſis dum in annulis ſunt dignoſci, ſi annulo conuerſo, anguli & latera inſpiciantur, & videantur

Gẽmarũ probandarũ modi.

Smaragdorũ probatio.

tur

tur dilutioris coloris. Me tñ omninò latet, an in emẽdis Smaragdis aliqua ex his vtantur Pharmacopœi, diligentia; ſintve etiam de modis gẽmarum dignoſcendarũ planè edocti. Certus etiam ſum (id.n. ſæpiſſimè obſeruaui) Medicos ipſos, præſcripta pro ęgrotantibus, Smaragdi ſchedula, ſollicitos preterea nihil eſſe ampli⁹, ſed Pharmacopolę totũ negotium permittere. Vbi volueris, Smaragdum eligi verum, genuinũ, & probatum ad vſus Medicos, ſuaq. hac in re & Medicos & miniſtros uti diligentia, eius uſum adhuc non admittendum eſſe, paucis poſt ſumus demonſtraturi. Redeo ad rem, & vero Smaragdo officinas Pharmacopœas carere, ſine hæſitatione affirmo. Magno ne pretio Smaragdus ille emitur, qui poſtea uiliſſimo uenit? fragmẽta quidẽ à gẽmarijs appellata, emunt Pharmacopolæ (Matrem Gẽmarum etiam uocant) aſpera quidẽ illa, impolita, terra & multis excrementis ſcatentia, nocere non iuuare, apta. Scripſimus de re haiuſmodi in Controuer. noſtris multa: ſcripſerunt de re eadem, Aloyſius Mundella: & Ant. Muſa Braſau. hic in ſua de ſimp. med. exam. cap. de Gem. fragmen. ille in prima ſuarum Epiſt. in qua de uſu Smaragdi agit ex profeſſo. At non inane refugium aduerſarijs relinqui video, quo ſe ab hac calumnia tueantur. ſi dixerint, ſe de ueris & genuinis Smaragdis ſermonem habere ſemp: de his ferri Arabum Medic. ſententiam; in hisq. ſolis recitatas facultates reperiri; adulteria & impoſturas neq. artis, neq. medicamentorum defectũ eſſe; ſed prauorum hominum, vnum aurũ toto pectore inſectantium: eſſeq. peſtem hanc multis alijs medicamẽtis cõem; quæ tñ propterea non damnantur; neq. etiam genuinorum Smaragdorũ pretium inſigne, eorum in arte Medica uſum dãnare poſſe, cùm id ars ipſa non reſpiciat, ſed ſolas Medicamen. vires, qđ quod illorum fuerit pretium, Regibus ſaltem, & ditioribus homini⁹ facilè, & cõmodum. Rectè quidẽ hæc omnia, neq. nos controuerſię huius aſylum in hoc argumento repoſuimus totũ: ſed eò tñ nos fuimus vſi, ut medicamenti difficultates patefeceremus; & q̃ dubiũ illud eſſe doceremus. Fortius nũc vrgeamus, & euidentiori argumenti genere utamur, genuinos Smaragdos nullo uitio carẽtes, & nulla impoſtura ſuſpectos, minime tutum, ſed periculoſum habere in medicina uſum, demonſtrantes. Et quidẽ in primis, Smaragdos illos qui in ærarijs metallicis eorumq. mineris concreſcunt, quorũ uiridem colorẽ, ab ipſius æris viriditate prouenire audiuimus, cuipiam ægrotanti ad potandum ſiue deuorandum, quis vnq̃ offerre aude-

Smaragdo vero carent officinæ.

Smaragdum uerũ & genuinũ nullus vſus eſſe in re med.

audebit? certè qui auſus aliquandò id fuerit, ſe pro medicamento venenum, afferre ſciat. Nobis aũt in demonſtranda æris venenoſitate vlteriori oratione vti; ſit hoc quandoquidem apud Dioſcorid. Gal. & alios antiquos ſcriptores Medicos oẽs; Medicò cuiq. maniſeſtiſſimum. Qui verò in auri, & argenti mineris concreti ſũt Smaragdi, ex metallis quidem nobilioribus & prętioſiorib⁹ proueniũt, ſed & ipſa ſi ingeſta fuerint, multis modis nocere apta ſunt. At ſi decorationem exceperis, & eorum externum vſum, nullo modo in medicina ea recipi intelliges. Scripſit de re huiuſmodi & doctè & luculenter, Abraham à Porta, Leois Hebræus Medicus Mant. de re medica, vel hoc nomine optimè meritus, in libello ſuo huic vno argumento dicato, Venetijs anno 1584. typis excuſſo; remq. ideò actam agere ſuperfluum omninò eſſet. Nos ſanè de his quoq. Smaragdis, ſicuti & de ijs qui in ærarijs mineris cõcreſcunt, vel in ſaxis ex aqua indurata colliguntur, aut aliter quomodocunq. & ubicũq. ſui ortus generationem habẽt, ſuntq, veri & genuini, illud enunciamus, non ſine nocumẽto, nulliusq. vtilitatis expectatione, poſſe illos ægrotanti alicui, hisq. præcipuè qui febre peſtilenti laborant, vel ebibendos, vel deuorandos offerri. Ea tñ lege ac conditione id enuntiamus, ſi quantitate, & temporis ſpacio conuenientib⁹, in vsũ veniat medicamentum huiuſmodi. Vt.n. ſimplex, vel etiam iterata illius exhibitio, & in modica ſatis quantitate, ægrotanti ſuppetias nullas afferre poterit, etiam ꝙ recitatas poſſideret facultates; certè & eadem ratione minime nocere valebit: omnium.n. tam nocentiũ ꝗ iuuãtium medicamentorũ, regula apud Medicos eſt vniuerſalis, ut tempore & quantitate conuenientib⁹, adminiſtrentur; quando & agentis uis valida, & patientis aptitudo, vnà cum tempore determinato ad effectum quemq. producendũ, axioma ſit, in Peripatetica philoſophia, & in arte Medica, receptiſſimũ. Quid queſo nocumenti afferre poterit, vel etiam iuuamenti, granum vnum, duove etiam aut tria, ſemel tñ aut iteratò exhibita? Hoc eorum quoque Medicorum cauſſa animaduertendum erat, qui, ſiue quia tantę efficacię medicamentũ hoc eſſe exiſtimant, vt etiã in minima hac quantitate agere illud poſſe credant: vel etiam qm multo prætio venit, in quantitate adeò pauca, ſemel vel iteratò tñ, illud exhibent. Pondus gran. viij. hordei pro qualibet vice eſſe debere determinauit Serapio: ſex tñ granis contentus fuit Auenzoar: nouem ad ſummũ alij. Eſtq. tanto temporis ſpacio illud exhibendum medicamentũ

Digitized by Google

(vt de lapide Bezaar, dictum fuit) quanto morbi durat ſæuitia. His igitur ſeruatis conditionibꝰ, exhibitum Smaragdũ, nocere potius q̃ iuuare, nobis planè demõſtrare fas eſſe exiſtimamus. Vel.n.per primas aut ſecundas qualitates, quę manifeſtæ ſunt, agit Smaragdus; vel per occultas eas quæ à formæ ſubſtantia, ſiue à proprietate occulta agere dicuntur. Si de primis qualitatibꝰ ſermo ſit; Smaragdũ illum, qui in ærarijs mineris colligitur, cùm ab ipſo ære vt dictũ eſt, colorẽ ſuſcipiat, excalefacere potius q̃ refrigerare, certum eſt; quo noĩe, febres peſtilentes maximũ calorem ſemper habentes, augere illum poſſe, dicendum eſt. Illi verò qui in ſaxis aut alibi colliguntur, ſubſtantia prorſus carẽtes metallica; ij Serapione magiſtro frigidę & ſiccę ſunt tẽperiei, cuius vtriuſq. qualitatis rõne, ſi febri & putredini eos reſiſtere poſſe dedero, cũ tñ tereſtrem, & valdè durã habeãt ſubſtantiã, ſimulq. etiam adſtringant, nocere pluſq̃ iuuare; eos dixero. Adſtringentiũ nãq. medicamentorum oĩum vſum in febribꝰ putridis quatenus putridæ ſunt, nocuũ eſſe, abunde ni fallor in cõtrouerſijs docuimꝰ. Quòd ſi adhuc nihili fecerint aliqui hanc rõnẽ, & facultatis Smaragdorum occultæ, aduerſus prauã humorum in febribus dictis putreſcentium, malitiã, iuuamentum tale eſſe contenderint, quod alicui nocumento anteponendum ſit. Ex aduerſo ipſe neq. hanc occultã facultatem, ſi quam habet Smaragdus, poſſe illũ in nobis exercere, contendã. Summa rei eſt, non poſſe illum à calore hoĩs immutari, eiuſq. propterea facultates ad actũ minime reduci. Requiri hoc in oĩbus, cibis, medicamentis, veneniſq. in corpus aſſumptis, quò in illud agunt, in Galeni doctrina, res eſt manifeſta adeò, atq. ab oĩbus recepta, vt in ea vlterius demonſtranda non ſit

Smarag. læuigari non põt.

fruſtrà tẽpus à nobis conterendum. Tantæ duritiei Smaragdus eſt, vt læuigari nequaquam poſſit. Et quod ſcripſit Plinius, fragiles aliquos eſſe Smaragdos, id nõ ſimpliciter accipiẽdum eſt, ſed reſpectu ad duriſſimos minꝰ duri eſſe dicuntur. Scythicorum & Ægyptiorũ tantã eſſe duritiẽ Plinius annotauit, ꝙ nullo pacto vulnerari queãt. Non ſic duri alij; oẽs tñ in genere duri, nã, vt gemmę aliæ omnes, limã effugiunt. Res hęc eſt, arbitror, manifeſta prorſus, nulli, qui aliquã Smaragdos pertractauerit, non maximè nota. Qui lapides à calore noſtro euincuntur, ij facta prius ſuper cotem, aut in mortario attritione, humore aliquo deinde mixto, vt in liquorem tranſeant, neceſſe prorſus eſt, Gal. magiſtro in lib.9.de ſimpl.med.facult.cap. de lapidib. Quin etiam cum Galen. idem in lib.4. de cõp.med.ſect.

loc.

Digitized by Google

loc.cap.4.lapidis Hęmatitis exemplo docuerit, eos lapides, quorum ſubſtãtia humida eſt nõ tereſtris, vt Cadmię, in ſuccum reſolui ſup cotem medicinalem, ſi cum liquore quodã terantur, vel etiam ſine: manifeſtius certè euadit, tereſtrem atq. admodum ſiccã Smaragdi ſubſtantiã, nullo modo in lęuorem, ſiue in ſuccum reduci poſſe, ſed in ſicca tm̃ fragmenta etiam minutiſſima, pulueris inſtar, cõminui. Et quidem Smaragdũ lapidem, ſubtiliſſimè adeo teri, vt tenuiſſima eſſe videatˀ farina, ſenſus oſtendit manifeſtè: quo argumento ſe poſ ſe aduerſarios tueri, exiſtimauerit fortaſſe quiſpiã, diceretq. multa medicamenta, quę in lęuorẽ redigi nõ poſſunt, ſubtiliſſimè tm̃ teri, & à calore nõſtro alterari; vt ſunt coralli aliaq. id genus multa; qm̃ in quamplurimis medicamentis, per primas tm̃, aut ſecundas qualitates in nobis agentibꝰ, ſola requiritur alteratio: ſed ad eruendã de ſubſtantia rei internam, & latentẽ formam, vlterior quędam requi ritur mutatio pręter alterationem, quam in re adeò dura, frigida & ſicca, quę externè in lęuorẽ redigi nequit, per calorem noſtrũ facere haud poſſe, & Galenus exiſtimauit, & rõ ſuadet. Audiui dicentes aliquos, occultam medicamentorũ qualitatem, triturationem aut lęuorę nõ indigere, cùm multa etiam integra, aut uix imminuta ꝑ formam ſpecificam agãt; quę etiam appenſa agere dicũtur, vt de ipſo Smaragdo appenſo ori ventriculi, in alui fluore, teſtatus eſt Auenzoar; quare etiam, ſi ſubtiliſſimè in pollinem nõ ducatur Smaragdꝰ à proprietate occulta agere poterit. Sed ad amulęta auxilia redit argumentum huiuſmodi; quibus quantum fidei dandum ſit, iam ante nõ ſemel in hac noſtra tractatione docuimus. Experientiã tales facultates cõfirmare, & manifeſtare debere, demõſtrauimus; q̃ in hoc lapide adhuc deſiderari, pariter manifeſtum fecimꝰ. Scimus aliqua medicamenta in uentriculum tranſmiſſa, ſine vlla mutatione, fortaſ ſe etiam ſine alteratione euidenti, celerrimè ſuas operationes exercere, qđ Chamœlee exemplo docuit Dioſc. Hoc aũt ꝑꝑ maximam eius abſterſionem, mordacitatẽ & vrentiã, q̃ vt exiguo admodũ tp̃e in ventriculũ moram trahere poſſit, efficiunt, prouenire, iam pridẽ à Medicorũ ſchola determinatum fuiſſe legimus. Tantę actiuitatis, & ſubtiliũ partiũ eſt Chamœlęa, vt q̃ celerrimè ad actũ à calore noſtro traducatˀ; naturęq. noxa ab eo medicamento facta tanta eſt, & moleſta adeò irritatio, vt breuiſſimo tp̃e ad expulſionem illã cõcitetˀ. Sed hoc de Smaragdo affirmari nequaquã põt; qui nec purgans eſt medicamentũ, nec mordet, nec irritat, authorũ tale quidpiam facit.

Smarag. nō euincitur à calore noſtro. Sed agè fortius vrgeamus, Smaragdiq; ipſius à calore noſtro impaſſibilitatē, manifeſtis demonſtremus argumentis. Si.n. à frigiditate & ſiccitate, quæ illius proximā materiam denſant, ſimplex eius conſtantia dependet; à perfecta nihilominus partiū elaboratione, earumq. mixtura, indomitas illa prouenit. Tā.n. indiſſolubili nexu, vna pars alteri vnitur, vt permanēs corpus & ferè indiſſolubile, conſletur. Diximus, ferè indiſſolubile, non abſolutè, quia à calore quidē noſtro, omninò non diſſoluitur Smaragdus: diſſolui tamē ab alio agente poteſt; oīa ſiquidem vno igne excepto putreſcant, Ariſtotele magiſtro in lib. 4. Meteor. verſus initium; quāquam etiā hoc modo difficulter diſſoluatur Smaragdus, vt longa eius ſine rubigine, aut labe alia perduratio, oſtendit. Frigidæ ſuę tēperiei inſignioris, effectus eſt hic euidētiſſimus, quæ putredini aduerſatur è diametro; accedente etiā ſuę ſubſtantię duritię tantopere inſigni, quæ & ipſa illius cōſeruationi auxilio eſt maximo. Quid quod ? bulliat longo tempore in aqua feruentiſſima Smaragdus, & nō immutabitur eius ſubſtantia, licet color fortaſſe quadantenus vitiabitur. ſtet ille idem diutius in prunis accenſis, eiusq. impaſſibilis ſubſtantia reſiſtet diutiſſimè; tandēq. fortè cōminuetur, & in terram reſoluetur, vt oīa dura, & ſicca cōbuſta; nunquā liquefiet, aut aliter eius ſubſtātia mutabitur. Quis verò fuerit operum naturæ ignarus tantopere, qui voluerit, calorē noſtrum innatum id mutare, & euincere poſſe, quod à ſummo ignis noſtri feruore, mutari nequaquā pōt & euinci? Scio, planèq. certus ſum à particulari quadam caloris alicuius proprietate, tale quid euinci, quod ab ipſo igne non euincitur; ſtruthiocameli. ſ. calorem, ferrum digerere, quod non facit ignis caliditas quāquam intenſiſſima; quod idē de auro ab eodē animali ingeſto & mutato, ſcripſiſſe Auerroim legimus in lib. 5. colliget cap. 24. *Struthiocamel' digerit ferrū & aurū per occultam in caloris ꝓprietatē.* Id aūt (ne, an verum id ſit, nunc quærā diligentius, quod & alij in dubiū reuocarunt) non à calore ventriculi dicti aīalis, vt calor eſt prouenire; Sed ab occulta proprietate ſuæ ſpecificæ formę, quæ ferrūm ipſum & aurum, magis q̃ ignis hic noſter, valet cōficere & mutare. Auerroisq. ideò ipſe huius determinationis author fuit, dictæ hiſtoriæ, hęc ſtatim adnectens: *Ergo hæc res non eſt niſi illud quod ſequitur à tota ſubſtantia, in calore ſtruthionis, & non propter fortitudinem qualitatis caloris:* Quibus verbis, clarè oſtendit; virtutem inſequentem totā caloris ſubſtantiā in ſtruthio camelo eſſe illā, quę ipſi calori vim tribuit, vt faciat id quod ſuapte natura ſibi denegatur.

Verum

Verùm mirabilē hanc huius aīalis proprietatem auri & ferri digerendi, experientia, cognitā & inuentam; eandē eſſe in homine Smaragdi mutandi, nullus inuenit, affirmauit, ſcripſit. Hyacinthi vulgaris gēmæ exemplo, idē quod aſſerimus, confirmare licet, cui quidē, maiores vires medicas q̄ Smaragdo tribuiſſe antiquos ſcriptores, manifeſtū eſt; illum tñ à calore noſtro minime mutari, Auicēnę uires ſuas decantantis, fuit opinio in tract. 2. de Viribus cordis cap. proprio, his uerbis: *De his autem, quæ in conſideratione Hyacinthi, perſuadere oportet, eſt, vt conueniens eſſe dicatur, calorem naturalem agere in Hyacintho cum ſumitur intro corpus, tranſmutationem, & diſſolutionem, atq. commixtionem eius ſubſtātiæ cum euaporabili ſubſtantia ſpirituali, quemadmodum agit in croco, & ſimilibus; & in ſumma, incongruum quidem eſt, quòd dicatur, quod Hyacinthus in forma ſua ſubſtantiali, patiatur à calore naturali, & exinde poſtmodum eius opus manifeſtari: etenim eius ſubſtantia, quemadmodum patet ſenſui, valde eſt ab huius paſſione remota: videtur ergo quòd calor naturalis, nec imprimat in ſubſtantia, nec in accidentibus formæ ſuæ inſeparabilibus*: Obijciat fortaſſe aliquis quæ ſequūtur immediatè uerba; Hyacinthum, licèt non mutetur à calore noſtro, in nobis agere nihilominus, demonſtrantia: ſunt illa huiuſmodi: *Videtur ergo, quòd calor naturalis, nec imprimat in ſubſtantia, nec in accidentibus formæ ſuæ inſeparabilibus, ſed solū in vbi eius & loco, & qualitatibus eius accidētibus. In vbi quidem, & loco quoniam facit ipſum cum ſanguine penetrare vſq. ad partis cordis; quapropter, cū efficiatur propinquius paſſo, fortius imprimit ſuū effectum, in qualitatibus quidem quoniam calefacit ipſum Hyacinthum; de natura verum calefactionis eſt, vt manifeſtet proprietatem, et excitet virtutē, ſicut apparet in karabe; ipſum.n. quando debiliter paleam trahere videtur, fricatur quidem donec calefiat; poſthoc apponitur ei palea, & attrahit ipſam velociter, & videtur ergo, quòd vltima impreſſio naturæ noſtræ, vel caloris naturalis noſtri in Hyacintho ſit iſta; & quod actio, ſit additio manationis ex eo ad illud ad quod fit manatio naturaliter, & additio appropinquationis*: Obijciamus nos & ſanè quid maius, Galenum. ſ. ipſum, qui cum lib. 6. de ſimpl. med. facult. cap. de Poeonia, tum lib. 9. eiuſdem operis cap. de lapidibus, manifeſtè ſtatuit, plura medicamenta corpus noſtrum mutare, vim nihil ab eo patiantur. Cōfirmauit hoc aūt, Poeoniæ radicis collo ſuſpenſæ exemplo, quæ comitialem morbū ſanat. Eſt tñ ſuus, Ad obiectionē ex Auicennæ verbis locus reſponſionis, & ad Galenum. Huius nanq. placitū his locis fuit docere, quędam eſſe medicamenta, quæ in nobis agunt à forma ſpecifica ſine eorū alteratione, aut mutatione à calore facta; huiusq. ordinis ſunt amulęta exterius admota. Secus res ſe habet in his quæ internæ aſſumuntur, quæ ſi non mutantur, alterationemue

Hiacynt. à calore noſtro nō mutatur.

Medicamenta in nobis agētia quō alterari prius à calore contingat.

ſuſcipiunt

Digitized by Google

rubiginem: ꝙ exteriora corpora tinctura ſua non remanent infecta:
quod tandē, oĩ oĩnò caret odore. Scimus argumenta iſta ex ſe eiuſ-
modi nō eſſe, quę debeant neceſſaria appellari: alijs tñ iuncta cōie-
cturis, & rōnibus, maximam hac in re fidē habent. Quamobrē, cum
inter homiomera mixta Smaragdus connumeretur; ita ꝙ vna pars
cum alia parte, ac pars cū toto ſimilitudinē habeat, & tàm in mini-
mis, q̃ in maximis ſuis partibus, totū etiā impaſſibilem eſſe, vt fatea
mur, neceſſe eſt. Teratur ille igitur ſubtiliſſimè, & in tenuiſſimū pul
uerē, reducatur; intactus nihilominus, & immutatus perſiſtet. Rem
tandē arctius adhuc perſtringamus, illiusq. veritati lucē afferamus,
quam nullis tenebris turbari poſſe, fatebitur quiſq., & poſthac ſine
mora, gēmę huius à calore noſtro impaſſibilitatē, ſine contentione
cōcedet. Lucē porrò iſtam affert nobis Arſchymica dicta, quę neq.
per calcinationē, neq. per reuerberationē, ſiue reſolutionem, in for
mā potabilem (quintā eſſentiam, ſiue oleum vocant) Smaragdū re-
digere nunquā poterit; quòd ſanè in his oĩbus, quę à calore noſtro
& elementari euinci poſſunt, illa pōt. Scimus impoſtores aliquos, ta
lè quid profiteri, & aquā ex pręrioſis oĩbus gēmis extractā, ad cor-
dis pręſidū, circumferre, decantare, & multo auro vēdere: q̃ tñ verè
& qua bona cōſcientia, id faciant; rō ipſa docet euidenter: Experiatī
qui voluerit, pręſertim poſito in alēbico Smaragdo ipſo, & rei veri-
tas apparebit manifeſta. Sanè verò, cū odore, & ſapore penitus ca-
reant gēmæ oēs; & in ſublimationibus rei cuiuſq. color depereat;
perfidorum hoĩum impoſturæ facilè propterea detegi nō poſſunt.
ſtat ideò firmiſſima pro hac noſtra ſententia argumētatio antea ad-
ducta: ꝙ ſi ipſe ignis, qui inter elementa oĩa eſt in ſummo caloris cō-
ſtitutus, Smaragdū nō mutat: nulla etiam rō perſuadere non pōt, ca
lorē noſtrum ignis reſpectu tepidiſſimū & vaporoſum, id facere poſ
ſe. Sed agè, nihil quod noſtrā confirmare poſſit ſententiam, quodq.
in arte noſtra Smaragdi vſum dānare poſſit, omittamus. Teritur di
ligentiſſimè Smaragdus, & in minutiſſimū puluerē redigitur; humo
ri deinde miſtus alicui, aut in catapotiorū formā redactus, eo cōſilio
offerī, vt à vētriculo aduenas indeq. ad cor pro eo à putredinis vapo
rib⁹ defendēdo, & putredine ipſa in partib⁹ illi vicinis euincenda, fa
cilius pertranſire valeat. At hoc noĩe, virtutes ſi habet Medicas, eas
amittit, & inefficax reddiī. Vel.n. in ęreo mortario, eiuſdēq. materię
piſtillo, teritur; ſicq. æris malā qualitatē illū ſuſcipere, verendū eſt:
vel porphyretico mortario vtunī miniſtri; tūcq. ēt nō minus, ac cū
in

Smaragdus artiſchymicæ medio eliquari non poteſt.

Gēmarū aqua ſtillatitia impoſtura eſt.

Inefficax redditur Smaragdus cū paratur eſſe rendus.

in alia re teritur quæq. illa fuerit, virtutem omnem attritione media acquirit. Enuntiauit hoc Auerroes apertiſſimè in lib. 5. collig. capitite 31. & hordei triti exemplo confirmauit, hac oratione: *Et qui frangunt vel terunt hordeum prius, peccant, quia non eſt ab eo priuata inflatio niſi propter infuſionem, & grana non trahunt aquam, nec recipiunt infuſionem, niſi propter virtutem attractiuam, quæ eſt in eis, & virtus attractiua non eſt in granis, quando ſeminantur & naſcuntur, niſi quando ſeminantur integra; etſi frangerẽtur prius quàm eſſent ſeminata, non naſcerentur, quia hęc virtus attractiua eſt in eis, ſicut forma ſpecifica in totalitate totius grani fixa, hoc eſt, quando partes ſunt continuæ coniunctæ ſimul: & hoc eſt ſimile calori Smaragdi, vel alterius lapidis pretioſi, quod eſt, quia quando partis ſuæ ſunt ſimul coniunctæ, in eis ſunt virtutes, & quando ſeparata ſunt, priuantur ab eis: Et ſic teſtificatum eſt à mirabili Auenmazua Abinzoar in libro ſuo qui dicitur Theiſir; quia iſte fuit ſupremus in ſcientia Medicinæ à Galeno vſq; ad noſtra tẽpora; & hoc ab eo habui, & rememorat, errorem Medicorum frangentium ipſum:*

Ad internas corporis partes non pōt permeare trit' Smaragdus.

Cęterum per corporis partes penitiores, quòd non poſſit permeare Smaragdus ſic tritus, ſunt quæ ſuadere poſſint. Cùm.n. ſubſtantia ſit immutabilis, atq. etiam ponderoſus, ſtatim aſſumptus in uentriculi fundum deſcendet, ibiq. reſidebit, donec cum cibis poſt aſſumptis mixtus, facta excrementorum poſt coctionẽ ſeparatione; ſimul cum eis ad inteſtina trãſmittetur. Adhoc prętera vt cor verſus, vel etiam ad ipſius venas ducatur puluis hic, à vẽtriculo ad meſeraicas venas illũ permeare neceſſe eſt, deinde ad venam portã, poſt ad iecur, & venam cauam, ac tandẽ ad partes cordi vicinas, & cor ipſum. At proceſſum huiuſmodi pulueris grauitas, maximè impedire apta eſt. Tu verò ſi tranſitũ hunc totum, & facilẽ, & poſſibilẽ eſſe contẽdere volueris; aduertas moneo, ꝙ tereſtris eſt Smaragdi puluis, & craſſarum partium, nec non, & adſtrictionis particeps, quibus nominibus, in aliquib' venis exilioribus, vt ſunt meſeraicę, illum detineri, & obſtructiones facere, periculum eſt euidens, eoq, euidẽtius ſi per plures dies exhibeatur. Eia age igitur, fateatur nobiſcum Medicus quiſq. libere, minime tutũ eſſe Smaragdi quomodocunq. parati vſum, ſi per os ille exhibeatur: nullamq. rõnem, aut experientiã ſecus ſuadere poſſe. At pro Amulęto auxilio (quod Amulęti genus ſit nunc non quęro) poſſe Medicos cùm voluerint vti, non repugno. Vt.n. Amulęta ea quæ rõnę carent, non multũ mea opinione iuuare apta ſunt, ſic ſuadente experientia ipſa; profectò etiã nullo pacto nocere poſſunt. collo appendatur pro epilepſia Smaragdus: coxæ ad partum accelerandũ adligetur, aut aliter quomodocunq; iuxta Arabum Medicorũ pręcepta, corpori extra admoueatur: nullũ erit

Smaragdus in uenas trãſmiſſus obſtruit.

erratum,

erratum, opinioneq. iuuare potius q̃ nocere poterit. Ne tñ, ſpe in eo maiori poſita, & præſertim magnis præſentibus morbis, ab alijs auxilijs manifeſtè iuuantibus, & à rõne, & experientia approbatis, in maximum ægrotantium damnum, abſtineant, Medici, rogamus q̃ poſſumus; qđ vt promptius facere poſſint, & noſtræ opinioni acquieſcere lubentius; quæq. huius medicamenti vſum cõmendare poſſe ab initio adducta, videbantur; oĩa conſideremus, & ſingula, & ea nullam veritatem habere inueniem⁹. Eſt certè ꝙ viſum roboret, impleat, conſeruet, & præſeruet, Plinio, Iſidoro, & Serapioni id aſſerentibus, negare haud licet, cùm id etiam Galen. & alij affirmauerint. Ea tñ conditione hoc accipimus vt verum, ſi cauſſæ abſuerint morbificæ viſui nocentes; quas ſolius Smaragdi inſpectionem etiã aſſiduam, poſſe euincere, futurũ fuerit crediđiſſe. Amuleti vices gerentem Smaragdum, conſeruare pudicitiam, ingenium acuere, eloquentiam augere, Alberto magno concedere ſi placuerit; ab eiuſdẽ aſpectu, oculos Tyri diſſolui, Raſi pariter ſi dederimus; eundemq. libidinem extinguere, cum Marſilio Ficino faſſi fuerimus: nihil inde tñ noſtrę deerit ſententiæ, qui de Smaragdo per os aſſumpto contendimus: Pertinent hæc oĩa ad Amuletum auxiliũ, corpori externè admotum; de quorum fide, & vſu quid ſentiamus, iam de Vnicornu differentes, notum fecimus. Internè aſſumptum Smaragdũ, talia præſtare, qui voluerit, illud ei aduerſabitur pariter, ꝙ à calore noſtro mutari non poſſit: quo quidem eodẽ argumento, ij arguuntur oẽs, qui epilepſiæ, lepræ, alijsq. morbis corpori externè admotum Smaragdum, aduerſari voluerunt. Quòd verò ad eos ſcriptores attinet, qui epotum Smaragdum venenis, & venenoſis morbis inimicum eſſe, affirmarunt: iam primum antea, q̃ ſuccintè locuti illi ſint, docuimus; eosq. quibuſdam poſitis conditionibus, vim hãc contra venena, maximè imminuiſſe, declarauimus; alios, vt Auer. ex aliorũ mente eſſe locutos. Dicamus nunc etiã, eis neutiquã aſſentiri quēpiã debere; cũ à calore noſtro, nihil oĩnò hęc gẽma, patiaſ. Vni⁹ Aetij inter græcos ſcriptores Medicos ꝓbatiſſimi authoritas, vrgere, quibuſdam videri poſſit: Quæ tñ ſcripſit, paullò diligentius ſi conſiderentur, nullius oĩnò momenti eſſe, cognoſcentur. Ex ea.n. parte in qua externis medicamẽtis Smaragdi puluerẽ miſcendũ iuſſit; nihil prorſus noſtræ opponiẽ ſententiæ, quę de Smaragdo, vt dictũ eſt, per os exhibẽdo, agit: poſſuntq. in externis medicamẽtis plęriſq., & venena imponi ſine periclo, vt in collyrijs ſtibiũ, & in voca-

Fũdamẽtorũ Smaragdi vſum commendantium ſolutio.

Viſum quo roboret Smaragdus.

Aetij opinionis de Smaragdo conſideratio.

Digitized by Google

to pręcipitato medicamēto argentū viuū; in cauterijs, calx, arſenicum, cantharides & alia id genus multa. At aſſerenti illi potū Smaragdum, elephantiaſim ſanare, & ſanguinē vndecunq; fluentē ſiſtere; minime aſſentiri, par eſt; rōne ipſa repugnante vnà cum experiētia. Porrò etiam eos quis non irriſerit, qui Smaragdnm ea lege epilepſiam vincere affirmarunt, ſi morbi vim ſua virtute minorem eſſe contingerit; ſin minus ipſum à morbo ſuperari, & in plures partes rūpi, vbi pręſertim qui eū geſtat, venere vſus fuerit; quod de Rege illo ſcripſit Albertus Magnus. Primò.n. dicere nobis licet hāc Smaragdi virtutē, neq. indicaſſe experientiam, neq; cōfirmaſſe; tametſi id aliqui ſcripſerint. Neminē item obſeruaſſe certi ſumus, corpori adhęrentē Smaragdum, ſiue cū epilepſia, ſiue ſine, inuenere confractum eſſe. Nullus, arbitror, ſi hoc verum eſſet, in hanc vſq. diem integer ſeruatus eſſet Smaragdus. Conantem verò Cardanum huius rei rōnem inuenirē, plauſibili nimis conatu, vſum eum fuiſſe, dicēt fortaſſe cū Scaligero ſuo multi. Inter gemmas oēs, fragiliorem eſſe Smaragdum, licèt verum eſſet (de quo tn̄ maximè dubitare contingit) abſolutè tn̄ fragilis nō eſt, ſed ad duriſſimas rōne habita. Eſt tn̄ ille durus ſatis, & eius duritiei quę caliditatē à corpore noſtro moto in venere, & ex calefacto, ſuſcipere haud pōt, cū pręſertim actu etiā valdè frigida ſit illius ſubſtantia: nequitq. propterea eius humidū internum ab eo calore in aerē mutari, ex quo, ruptionē lapidis prouenire ille affirmauit. Incaleſcat etiā vſq. ad ſudorem multū, qui uenerē exercet; neq. eius corpori adhęrens Smaragdus, arbitror, excalefiet. Sed ſi calor corporis etiam inſignis in uenere ſuſceptus, ruptionis Smaragdi cauſſa eſt, propterea quia humidum eius internū concalefactum, in aerē mutetur; maiusq; is occupans ſpaciū aerē diſrūpat: certè aut quatenus calor; aut quatenus calor ab epilepſia excitatus id facit. Si à calore ſimpliciter id prouenire dixeris: oēs igitur Smaragdum geſtantes, qūocunq; incaleſcentes, illum frangerent; quod eſt per experientiā omninò falſum. ſi à calore ex uenere in epileptico excitato, diſrumpi illum volueris; hoc experiētiæ repugnat. Sunt hęc profecto, & alia huiuſmodi admirāda à ſcriptoribus quibuſdā enunciata, inania & futilia prorſus, ab ea arte quæ veritatem, & ingenuitatē vbiq. requirit, ſine mora abdicanda. Trāſeamus igitur ad ſeria. Smaragdū, venenis & venenoſis morbis, ea rōne aduerſari, Cardanum voluiſſe, audiuimus; qm̄ is mollitie euincitur à natura plus alia gēma: perſpicuitate ſpiritus ſubſtantiā recreat

Smarag. in venere rumpi vanitas eſt.

Card. rō de Smaragdi fractura in venere, nulla eſt.

Card. opinio de facult. Smaragdi aduerſus venena conſiderata.

creat huiuſmodi concocti abundantia naturę confert humanæ, & veneni naturã retũdit: quia verò lapis eſt, ſtabiles propterea vires retinet. Sed hac etiã in re, ſuæ ingenij ſubtilitati, nimis cõfiſum illũ fuiſſe, res eſt, at ego ſentio, euidens valdè. rẽ attentius ſi inſpexiſſet, talia liberè adeò non affirmaſſet. Molliorẽ alijs gẽmis eſſe Smaragdum, q̃uo verum ſit, proximè docuimus; illum etiã impaſſibilẽ eſſe demonſtrauimus luculenter, eiusq. propterea humidum concoqui, & naturæ conferre, impoſſibile eſt prorſus. Qui ſi etiã concoqueretur; naturę nihilominus non cõferret, quia non nutrit, cùm non ſit cibus: minusq. illi confert, quia medicamentũ ſit, cũ non cõcoquãntur in corpore noſtro medicamenta, ſed vel alterationem quandam ſolã ſuſcipiant, aut mutationẽ, quò ad actũ ducãtur. Hęc ſi interim contingat cõcoqui, quod aliqñ contingit; ea tñ in alimoniã trãſire Galenus cenſuit, quę humidi ſubſtantifici quidpiã in ſe habent, qđ in alimentum tranſire aptum ſit, non oĩa. At humidum huiuſmodi Smaragdo minime ineſſe; eius ſubſtantiæ materia, concretionisq. modus, demonſtrant manifeſtè. Quod dixit ille, ſtabiles Smaragdũ retinere vires, quia lapis eſt; duplicẽ apud me habet repręhẽſionẽ: Primũ.n. Medicis facultatibꝰ ille caret: tam deinde inſignẽ fragilitatẽ ei Cardanus tribuit, quę inſigni ei aſſignatę retentiuę facultati, vel maximè aduerſatur. Si adhęc perſpicuitate ſua inſigni ſpiritus ſubſtantiã recrearet. Smaragdus, vtq. ille dixit, quę viſui grata ſunt fermè nulli homini nõ vtile eſſet: certè, & adamantẽ, & carbunculi genus oẽ, eſſet in hoc opere, ipſi Smaragdo anteponendũ; cùm ſint gẽmę lõgè magis lucentes, & perſpicuę. Sed apud Galenum aliosq. rõnales Medicos oẽs, ſolis cibis reſtauratur ſpirituum ſubſtãtia, ſolisq. gratis odoribꝰ recreãtur: Smaragdus uerò cibus nõ eſt, & odore caret prorſus. Veniamus nunc ad Fracaſtoriũ, cuius authoritate fretos Medicos plęrosq., gemmę uſum in febribꝰ vocatis peſtilentibꝰ, ad cęlum uſq. cõmendaſſe, ſecusq. ſentientes magnis uocibus dãnaſſe, audiuimus. Vir ſanè doctus fuit ille ueritatis amans, & ingenuus: ſanaq. propterea in hoc cõmendando medicamento uſus ingenuitate, nec quidpiam quod ueritati aduerſaretur, enuntiaret, nullam in primis talem pręrogatiuam, ab antiquis Smaragdo attributã fuiſſe, teſtatus eſt, qualem recentiores aliqui Medici tunc temporis illi tribuebant: Nullam deinde, de huius medicamenti facultatibus fieri potuiſſe aut poſſe, ſufficientem experientiam, liberè faſſus eſt: Exq. particularibus experimentis, uniuerſalem aliquam il-

Fracaſt. ſenten. de Smarag. conſiderata.

lationem fieri haud poſſe, animaduertit, & affirmauit eius excellē-
tiæ ſupra alia medicamenta, tanquā ſacram quandam antidotum,
rōnem nullam afferri poſſe, determinauit. Ad ſolasq. tandem ſe re-
duxit qualitates Smaragdi manifeſtas, quarum medio, enarratis fe-
bribus illum aduerſari, refrigerādo inquam, & exiccando enuntia-
uit. Nos quidem, refrigerare Smaragdum, & exiccare, neq. negaui-
mus, neq. propterea febrib⁹ putridis illum aduerſari poſſe, iuimus
inficias: alijs tñ nominibus pleriſq. tutum non eſſe eius vſum, de-
monſtrauimus euidenter. Dicimus nunc, multa alia medicamenta
refrigerantia ſimul, & exiccantia, omni ex parte tuta, rōne approba-
ta, & experientia confirmata, eſſe huic anteponenda: neq. regium
medicamentum, vt Fracaſtorius, inquit, quod magno prætio venit,
tam ſollicitè inquirendum eſſe. Eorum autē opinionem, qui Sma-
ragdo eaſdem facultates quas terra lemnia habet contra peſtē, tri-
buerunt; & horum medicamentorum diuerſitas, & grauiſſimorum
ſcriptorum authoritas, redarguunt manifeſtè. Terram lemniam, &
Bolum Armenam, cognouerunt Dioſc. & Galen. Oribaſ. alijq.
Græci ſcriptores Medici oēs: eius facultates, rōne inuenerunt, & ex-
perientia confirmarunt: De Smaragdo nullam aliqñ habuerunt in
his quæ ad medicinam pertinent, rōnem. Tranſeunt illa medicamē
tā in liquorem, à calore noſtro euincuntur, & mutantur: quorum ni
hil Smaragdo accidere demonſtrauimus. Quin etiam, peſti & peſti-
lentium febrium malignæ putredini aduerſari terram lemniam, li-
cet verum ſit: æquè tñ in vtraq. hac affectione ex vſu illam eſſe, dici
haud pōt. Ad ſuperandam maligniſſimam & exitioſiſſimam Peſtis
ſæuitiam; eo quoq. medicamento, vti debere Medicos, multorum
fuit opinio, quod adſtrictionem alexipharmacæ facultati iunctam
habet; ſiue quia nocumento, iuuamētum maius ſit, vt ſenſere aliqui:
ſiue vt alij dixerunt, quia ſine febre qñq. peſtem eſſe Galen. cēſuit,
iuuatq. tunc non nocet adſtrictio. At peſtilentium febrium, quę ve-
ram non conſecuntur Peſtem malitia, ſæua adeò non eſt, quæ adſtri-
ctionis iuuamētum, cum magno illo fœnore admittat. Excipio ad-
ſtrictionis propter particulare ſimptoma aliquod, particularem ne-
ceſſitatem. Smaragdum ea pp adſtringere cum conſtituerint Ara-
bes, tutum propterea in his febrib⁹ vſum non habere, dicimus. Non
eſt item vt eaſdem vires Smarado tribuamus quas Iaſpidi uiridi
ineſſe Galenus docuit; qñ nec vnum & idem ſunt; nec diuerſa, eaſ-
dem vires habent. Similitudinem quidem multam inter ſe habent:

Smarag. an eaſdē habeat facultates cum terra lēnia, & bolo Armena.

Smarag. & Iaſpis viridis an eaſdē habeāt facultates.

pro-

Digitized by Google

proprijs tamen & diuerſis, diſtinguuntur & cognoſcuntur ſignis. Iſidorus.n.in eodem cap. in quo de Smaragdo egit, Iaſpidis etiam viridis ſermonem habuit; interq. reliqua eius ſigna, hoc vnō à Smaragdo illum diſtingui docet, quōd craſſum colorem viridem habet: Smaragdus verò lucidum adeò, vt herbas virêtes, frondesq. exuperet, circa ſe repercuſſum aerem, viriditate inficiens. Neq. verum eſt Serapionem ipſum Smaragdi hiſtoriam recitantem, eadem ad verbum de eo ſcripſiſſe, quæ Galenus in lib. 9. de ſimpl. med. facult. de Iaſpide ſcripſit. Eſt cuiq. in propatulo Serapionis codex, quem qui legerit, rei huius veritatem cognoſcet protinus. De Smaragdo primum ex propria diſſeruit ſententia, nihil quod Iaſpidi viridi cōmune ſit, colore excepto, de eo affirmans: Raſis deinde ſententiam de gemma eadem, in medium attulit. Mox Albaſari, & cuiuſdā ignoti, opinionem ſubiunxit & conſequenter alterius cuiuſdam ignoti placita, de lapidib⁹ quibuſdam, qui propter viriditatem Smaragdo ſimiles eſſe videntur. Galeni vltimo loco orationem loco antedicto de Iaſpide habitam, de verbo ad verbū recitauit. Ex quo tm̄ abeſt, voluiſſe illum Smaragdum & Iaſpidem viridem, vnūm & idē eſſe, & eaſdem facultates poſſidere: vt potius, ne propter coloris eorum aliquam ſimilitudinem, deciperemur; Galeni de Iaſpide orationē, ſubnectere voluerit. Hæc itaq. hunc in modum de Smaragdi in febribus præſertim peſtilentibus vſu, veritatis cauſſa, determinare nobis licuit. Scopum attigerimus nec ne, iudicent, quæſumus ſine animi liuore, ſine indignatione, & ſine contradicendi ſtudio, qui veritatis amantes ſunt Medici. Hac.n. ſine nulla eſt in rebus Medicis difficilibus verè determinandis tuta via: & quæ ſolius hominis vtilitatis cauſſa, creata à Deo eſt, & inuenta ars Medica, illi eidem perniciosa euadit. Ad veritatem natum eſſe hominem ipſum, in lib. de cuiuſq. animi peccatorū medela ab initio Galen. exclamauit: Medicos verò eam propter ſe; non lucri aut gloriæ cauſſa, omni ſtudio quærere debere, iuſſit 2. in 6. Epidem. com. 24. Sanèq. ingenui viri proprium eſſe exiſtimarunt Sapientes, vera dicere; ipſamque veritatem, magnę virtutis principia promouere, cenſuit Pindarus: Monilia igitur, annuli, armillæ, aliaque huiuſcemodi ad corporis ornatum inuenta, ſplendidiſſimum, & virentem ſuſcipiant Smaragdum: hoc ornentur qui diuites ſunt; diu eo gaudeant poſſidentes; neq. poſthac patiantur Medici, attritionis medio, nobiliſſimæ illi gemmæ tantam fieri iniuriam, cui veteres, ter-

Iaſpisquo modo diſtiguatur à Smaragdo.

Tractationis Epilogus.

Digitized by Google

tiam poſt Adamantem,& Vniones, tribuiſſe dignitatem, teſtatus eſt Iſidorus; vno hoc atq. eodem errato, febricitantibus nocumentum afferentes,aut eis ſaltem opportunius aliud auxilium non dantes,inaniq. & ſuperflua,multa impenſa eoſdem onerantes. Vtatur hac Gemma integra qui voluerit,ad viſum reficiendum,ad eundem poſt longa ſtudia defeſſum roborandum. Et qui eo geſtato ſe,à libidinis intemperantia immunem præſeruari poſſe exiſtimauerit, aut ab epilepſia defendi; eiusq. ingenium acutius fieri,eloquentiam augeri, is ſine damno aut nocumento aliquo decipi, vel etiam fortaſſe iuuari poterit.

Digitized by Google

DE MARGARITIS.

PARS QVARTA.

Præfatio.

VEſanam hominum libidinem eſſe, eã cenſuit, Plinius lib. 9. ſuę nat. hiſt. cap. 35. qui parum fuiſſe exiſtimarunt, ingulas eorum cōdi maria: niſi manibus, auribus, capite, totoq. pectore à fęminis iuxtà uirisq. geſtarentur, Purpurę, & Conchilia, nihil mari cum ueſtibus; undis fluctibusq. cum uellere, commune eſſe reputãs. Alibi uerò aſpera nimis ſemper uiſa eſt repręhenſio huiuſmodi; id ſiquidem abſolutè nimis dãnauerit Plinius, quod ex parte duntaxat, dãnandum erat. Superfluum gemmarum uſum oẽm, ueluti & earum oĩum rerum, quę noſtro corpori qũocunq. inſeruiunt, & profanæ, & ſacrę leges damnant, & repręhendunt acriter: cõuenientem tñ quendã uſum cum recta moderatione, admittunt. Si nãq. de ſolis gemmis ſermo nobis ſit, magnum illum Moſem, ſic iubente Deo, Aron & magni ſacerdotis ueſtem, duodecim prętioſioribus gemmis, ordine pulchro diſpoſitis, ornaſſe, ſacrę docent litterę. Sacerdotalis dignitatis myſticam ſignificationem hanc fuiſſe, doctores S. Hieronymus, Auguſtinus, & Epiphani⁹, uerißimè determinarunt: exteriorem tñ gẽmarum uſum, ex toto illi minime dãnarunt, nec hoc idem ſancta dãnat Eccleſia, quę Pontificia Regiaq. diademata, & ueſtes, gemmis ornari, permittit; aliorumq. hoĩum, cõuenientem, & moderatum corporis ornatum, iuxtà eorum conditionẽ, concedit Seneca. nimis igitur Pliniana eſt repręhenſio. Atq. eo ſeuerior, ꝙ conchilia, & purpuras, in ſolas hominum gulas, condita fuiſſe, uiſus fuerit quodãmodo conſtituiſſe; obſcurè ſatis ſuã illã proferens ſententiã. Memorari poterat cùm

Supfluum gẽmarum uſum dãnarunt ſapiẽtes.

hęc

Digitized by Google

hęc ſcriberet, rerum oĩum cõditorem primum Deũ Opt. Max. vnius ſolius hoĩs beneficij, & vtilitatis cauſſa, vires etiã Medicas, his reb⁹ tribuiſſe; quod quidem ipſe idem Plin. in Purpuris, & Conchylijs cognouit, in eodemq. ſuo opere aliqñ ſcripſit. Alij deinde illo hac in re diligentiores, illud idem in Margaritis ex conchylijs naſcentibus, obſeruarunt.

Margaritarum facultas medica ab omnib⁹ cõfirmata.

Ex Gręcis.n. Medicis ſcriptoribus aliqui; ex Arabum familia longè plures, Margaritas ipſas inter medicamenta cõnumerarunt. Hos poſtmodum qui inſecuti ſunt Medici in hanc ętatem vſq; omnes, id planè confirmarunt; Margaritis, & compoſitionibus quibuſdam ex eis factis ſedulò vtentes; rõne ipſa id eos ſuadente, & quottidiana experientia cõfirmante.

Margaritarum facultas pręcipuè quę

Qñ aũt ſuarum Medicarum facultatum, illam vt pręcipuam, conſtitutã fuiſſe animaduertimus, quę febrium malignarũ excellenti putredini aduerſetur; id propterea hoc loco diligenter examinãdum, conſtituimus. Cum .n. nec vna in regione tñ, neq. vnius eiuſdemq. maris, aut plurium, parte eadem, Margaritas naſci contingat, reperianturq. in eis eſſentiales, & accidentales differentiæ aliquæ: An in eis oĩbus & ſingulis eadem ex æquo facultas inſit, dubitationem aliquã habere poſſe videtur. Quin etiam qualeſcunq. illæ ſint, & quouis in loco genitæ; earum hanc vim Medicam à nonnullis in dubium verti potuiſſe, intelligo. Alij verò illam eandem concedentes, partim tñ vbiq. facere minime veriti ſunt. Et tñ in Europa vniuerſa, Medicos oẽs, quidpiam egregium Margaritis tribuere, certa res eſt, ijsq. non in febribus modo malignis, ſed & in alijs plærisq. morbis ſedulò vtũtur; ſpemq. multam in earum vſu reponere videntur. De his nos itaq. tractaturi, nomen & eſſentiam eorum declarabimus prius: differentias deinde earum inquiremus, & quas vires Medicas habeant, demonſtrabimus; Ante tñ omnia: An in gemmarum numero ſint reponendæ Margaritæ, determinabimus; quę res tractationi huic lucis quidpiam non addere non poterit.

ISIDORVS igitur Hiſpalenſis Epiſcop. ſcriptor eruditiſſimus in lib. 16. Orig. cap. 10. Candidarũ gẽmarum primã, eſſe conſtituit Margaritã: ſentit hoc idẽ ſine dubio, loco antedicto Plin. Margaritas principiũ, & culmen oĩum rerum pretij tenere, affirmans; Romanęq. luxurię exemplum, eas vbiq. fuiſſe, his verbis ſignificans:

Quo primũ tpe cęperit Margar. vſus.

Subeunt luxuriæ eius nomina, & tradita exquiſita perditiore portatu: Hoc Syllanis primũ tẽporibus incępiſſe, teſtis eſt Iulius ſolinus Polyſthoris ca. 66. quib⁹ Romã adferri cęperunt Margaritę; qđ idem affir-

affirmauit Feneſtella; licet alij, & inter hos Elius Stilio pcipuus, Bello Iugurth. ardente, id eueniſſe, contendant. Sed & Athen. in lib. 3. Deipnoſoph. Androſthenē in Indię nauigatione, Vnionem, gēmā eſſe, voluiſſe, ſcripſit, magni in Aſia prętij, & q̄ apud Perſas & Regiones Perſide ſuperiores, auro contra emit. E contra aūt, nō gēmę, ſed lapidis ſimpliciter genus quoddā eſſe Margaritas, innuiſſe viſus eſt Theoph. qui de eis in lib. de lapid. ſermonem facere voluit: Iā & Solinus loco iam dicto hęc ſcripſerat: *Margaritas legunt plur mas, maximasq.: conchæ ſunt in quibus hoc genus lapidū reperitur*. Serui᷑ com. in lib. 1. Æneid. Verg. multos, & Cicer. pręſertim (locum eſſe credo in ſexta in verrem actione) gēmam à Margarita ſeparare, diligēter adnotauit. Eā aūt ob cauſſam, gēmę noīe priuandā eſſe Margaritā cenſuit Andreas Baccius in lib. de xij. lapid. p̄tioſis cap. proprio; quia in terrę cauernis, & profunditatibus, nō generentur, ſtellarū cęliq. virtute accedente. Neutri harum opinionū aſſentiri voluerunt Sabinus & Pōpon. Iureconſulti, Margaritas, nec in gēmis, nec in lapillis contineri, vt manifeſtū ſupponentes, tit. 2. 34. Digeſt. l. Et ſi non ſunt. Ab his oībus ex toto diſſenſit Ammian. Marcellin. Rerū geſtarū lib. 23. in fi. inter gēmas, iuxtà & lapides, Margaritas enumerans; verba eius ſubijciam᷒, quò rē quiſq; clarius intelligat: *Armillis viri monilibusq. aureis & gēmis pręcipueq. Margaritis quibus abundat, ac ſueſacti, poſt Indiā victā & craſſum: res ſtatuit ſuper lapidis huius, pauca ſuccinctius explicentur*: Paulloq. poſt, his verbis librum clauſit. *Quod genus gēmę etiā in Britannicis ſeceſſibus maris gigni, legiq., licet dignitate diſpari, non ignoramus*: Sed hęc licèt hunc in modum ſcripta ſint, nullam tñ inter ſcriptores grauiſſimos, ſentio ipſe eſſe repugnantiā: Verum. n. eſt, Margaritā, inter lapides, pariter & gēmas, enumerari poſſe. Gēmas ēēs, lapidis prętioſi noīe, ſiue titulo inſigniri, quis neſcit? ſcriptores ſanè oēs etiam antiquiores & ſacri, id manifeſtè teſtātur. Lapis è contra prætioſus quiſq; à vitis gēmę ſimilitudine, quæ eſt oculus quē primo emittit, gemma, vocatus eſt. Scio equidē aliquos qui de gēmis ſcripſerunt, gemmę noīe, duros adeò lapillos pelluci dos, vt à lima, non cominant, intellexiſſe: Scio tū etiam eoſdem, his adieciſſe Margaritā, ob decorem eius prętium, & multitudinem: verèq. ideò Ioan. Camers ſuis in Iulium Solin. cōment. Margaritam improprìè inter lapides & gemmas, enumerari, determinauit; qđ ego quidem ea rōne verum eſſe puto, quia ſua natura duræ non ſint, vt lapides Margaritę, ſed à conchis exemptæ, vt non ex intelligentus, ab aere ambiente indureſcant protinus: neq. luceant vt verè gemmæ,

An Margarita ſit gemma.

Gemma non ē vnde.

Difficultatis ſolutio.

ſed candidæ ſolum ſint; prętium tñ habent magnum; alias, quidem oẽs; nunc verò eæ tñ quæ ſingularis cuiuſdam magnitudinis ſunt; idq; ob earum quę paruæ ſunt, inſignem copiam hoc tpe inuentã: quæ ſic earum prętium imminuit, vt pauperib. etiã mulierculis, ſint factę cõmunes, vt Ioſeph Acoſta lib.4. Hiſt.nat.& moral. Ind.c.15. admonuit. Quòd ſi prætioſę ob eã cauſſam appellatæ ſunt gemmę, quia pp earũ raritatem prętij cuiuſdã ſint maximi; grandiores pfectò Margaritas, ptioſę gemmę noĩe maximè dignas eſſe, is concedere coget, qui Cleopat. Hiſtoriã apud Plin. & alios ſcriptores legerit: Duas illa Margaritas auribus gerebat, quarũ ſingula centies H-s. erat ptij, qđ aureorum noſtrorum centũ mille pretiũ eſt: Plin. ſcripſit ſexcenties; quarum vnã (contendente illa cum eius marito Antonio de Cœna maioris ſumptus) aceto liquefactam de repentè abſorbuit, vt poſt clarius audiemus. Porrò Margaritę nomen apud ſcriptores aliquos multiplex reperies: cõiter tñ duplex tm̃ recipit: Margarita.ſ.& Vnio. Hager Albato, Margaritã appellauit Serapio in lib.de ſimpl.ex Mineral.c.397. Arabes & Perſas, Lulu, eas nominare, author eſt Garzias ab Horto lib.1. de Aromat. Hiſt. c.58. Indos, Moti: in Malauar, Mutu: in Luſitania Abiofar, dici. Græci, & cũ eis Latini multi, Margaritã dixerũt: Latini verò aliqui, Vnionis nomen addiderunt. Atq. horum noĩum ſignificationis rõnem, nobis tradidiſſe ſcriptores diuerſam, inuenio. Iſidorus.n. in opere citato, in quo nominum veram profiteẽ æthimologiã inde Margaritam vocatã, quoſdam voluiſſe, ſcripſit; ꝙ in conchubis maris genus hoc lapidum inueniatur: *Ex quibus, inquit, Margaritis, quędam vniones vocantur, aptum nomẽ habentes, quod tantũ vnus, nũquam duo, vel plures reperiãtur:* Plin. idem ſenſiſſe videtur, cùm dixerit: *In tantum vt nulli duo reperiantur indiſcreti; vnde nomẽ vnionum Romanæ.ſ. impoſuere deliciæ. Nam id apud græcos non eſt; ne apud Barbaros quidẽ inuentores eius aliud quàm Margaritę:* Si quis voluerit, voluiſſe his verbis illũ ſignificare Margaritas dici vniones ideò quia duo nunquã ſimul reperiãtur, eiuſdem magnitudinis, albedinis, & lęuoris, ſed indiſcreti, & diſſimiles; ei non repugnabo; neq. hoc hac in re difficultatem aliquam facit. Vtcunq. ab vna inuenta Margarita, Vnionis nomen proueniſſe, recepit ſine hęſitatione Solinus. Hos tñ rem hanc exactè non cognouiſſe, planèq. erraſſe, magnorum virorum obſeruatio, conuincit. Luſitani namq. qui ſuis nauigationib. Indiã vniuerſam perluſtrarunt diligẽtiſſimè, plures admodum, in vna atq. eadem concha, Margaritas, reperiri, bona ſua fide teſtati ſunt: ita vt ſemel ad numerum centum & triginta

Margar. Cleopatrę pretium.

Margar. noĩs declaratio.

Margar. vnde dicta.

Vniones cur dictæ ſint Margar.

Margar. plures in vna atq. eadẽ concha.

Digitized by Google

ginta in vna concha repertę ſint Margaritæ. Anton. vero Muſa Braſauol. in ſuo ſimp. exam. c. de lapid. ſeptem ſe Venetijs ſemel in vna concha, vidiſſe, affirmauit; qđ idem admonuit Alber. Magn⁹ in lib. de Animal. Exiſtimauit fortaſſe quiſpiam haud reddi poſſe horum noīum, cōem, particularēue, æthimologię rōnē, quia Arrian. lib. 8. Geſtor. Alexan. diuerſum quid eſſe à Marg. Vniones viſus fuerit innuiſſe, his verbis: *Conchas in quibus Margaritæ & vniones gignuntur, retibus capi:* Sed tñ vera eſt horū noīum æthimolog. Margaritas. ſ. appellari, quia in conchulis maris reperiant̄, quæ ſunt albæ, cui⁹ albedinis cauſſa tale nomen illis datum eſt: Aliquę tñ earum, particulari noīe Vniones appellant̄; eæ. ſ. inquit Ammian. Marcell. quæ ſingulæ & ſolæ in conchula vna reperiuntur. Tu dic ęas oēs dici poſſe Vniones, q̄ in vna atq. eadem conchula, indiſcretæ reperiuntur, & indifferentes. Vnionis nomen, vtcunq. ſit, ab vno qđ proueniat, demonſtratione nō eget. Porrò in maris cōchula gigni, ſiue cōcreſcere Margar. vna oīum ſcriptorum fuit aſſertio; non tñ in oī (ſunt. n. hę numero plures, & planè diuerſę, Ariſt. Plin. Alb. Mag. & Rondel. authorib.) ſed in ea potiſſimum quam Indi, Berberin vocant, teſte Athen. & Androſt. in Indię nauigatione, vocaturq. hęc cōcha Margaritifera; dicitur & Mater Vnionū à Rondeletio lib. 1. Teſtaceorū cap. 35. Magnā eſſe dicit hanc concham, ſpiſſam, modicè cauā, figuræ Pectinum ęmulā; vna parte aurem habens, & foramina parua, q̄ non permeant, altera rotundam eſſe, argentei coloris, & ſplendoris maximè in interna parte; externa non nihil flaueſcentem; totā leuē, Vnionum modo. Inueniri & interim in oſtreis dictis, Margaritas, licet rarius, non Rondel. modo, ſed & alij ſcriptores plęriq. teſtati ſunt. In oſtreo Pinę ſimili, ſed minore, concreſcere Margar. ſcripſit Theoph. in lib. de lapid. ſcripſit & Plin. eas reperiri in cōchis quas Myas appellant. Ex rotundis conchylijs naſci nobiliores Margaritas, ex lōgis ignobiliores quę Nacarones vocant̄, & ex ſtriato cōchiliorum vtrūq. genere ſcripſit Cardan. lib. 7. de rer. ſubtil. Congulas etiam marinas, colligere Margaritas affirmauit Bacc. In oſtreis ſe inueniſſe hanc gēmam, fidē fecit Ioſeph Acoſta. Quod verò Athęn. ſcripſit ex Chare Mytylene lib. 7. Hiſt. Alex. in Indiæ mari, Armenia, Perſide, Suſiana, Babylonia, oſtreo ſimilē capi piſcem, grandē, oblungum, carne intus ampla candida, odoris apprimè ſuauis, cui⁹ exempla oſſa quę alba ſunt, vniones appellantur, è quibus fiant inaures Monilia & Armillæ, brachiorum, & pedum ornamenta, apud

Vbi gignātur Margar.

Nobiliores Marg. ex quibus cōchis naſcantur.

Medos, Perſas, & Aſiaticos; id certè nihili faciendum eſt hoc loco; quia ſint uniones iſtę, arte, non natura factæ, factitiæq. ſiue artificioſę, non naturales dicendę. At nō in vna vnius maris regione, ſed

Quibus in marib. naſcantur margar.

in plurib. conchas Margar. matres, & alia oſtreorū genera eas producentes ſcriptum inuenimus, apud Plin. Strabon. Iſid. Ammian. Marcell. Iul. Solin. Serap. Raſim; recentioresq; Garziā ab Horto, Ioſeph Acoſta, Americ. Veſpuc. & alios. In Indicis, n. marib. orientalibus iuxtà & occidentalibus; in Perſico maris Rubri ſinu; in oceano Indico; in Taprobanæ, & Toidis Inſulæ mari; in Peninſula Indiæ promont. in mari circa Boſphor. Trac. in Arcananię mari, & ꝑcipuè circa Actium; in Maurit. maritimis; in Occeani occident. Scoto & Anglico ſinu; in littore Brittânico vulgo Anglico & Flandrico dicto; in Americę marib. multis, & in eo ꝑſertim, qđ del Sur, appellarunt, Pannonię uicino, ubi Inſulę iacent, ab abūdantiā Margarit. Margaritę dictę; & in mari dicto, del' Nort, propè flumen qđ, de l'Aca, nominant. In his igitur oībus dictarum regionum marib. Margarit. matres gignuntur; ſed non in qualibet dictorum mariū

Qua in maris parte naſcantur margar.

parte; Plinio ſiquidem magiſtro, inter ſcopulos earum pars maior inuenitur; & in alto quoq. comitantur marinos Canes; qđ idem Solin. & Athœn. affirmarunt. Hanc ob cauſſam earum piſcatores, & ꝑſertim qui Inſulam malis Perſici in qua uniones plurimę repeſiuntur, habitant, caſas ex arundine tēporarias, conſtructe, è quib. in mare deſiliant ad ulnas uiginti; cōchas tū duplices reportaturi,

Periculū eorum qui marg. capiunt.

ſcripſit Athœn. eosq. in magno uerſari periculo, ſi fortè fortuna in hiantē cōchā recta manū indiderint: illa. n. tum cōpręſſa, incluſos digitos abſcindi, quibuſdā eo cruciatu cōfeſtim morietib.; at ſi quis à latere cōchæ manum ſubijciat, auelli facilè a ſaxo. At longè maius

Piſcationes margarit.; quæ.

eſſe periculū huiuſmodi docuit Ioſeph Acoſta, cōcharū Margaritiferarum piſcationem, planius qui declarauit; quæ res cum multam etiam habeat delectationem, illius uerba placuit hic adſcripſiſſe: *Iui ſeppi come ſi faccia queſto guadagno, che è con molto coſto, & trauaglio de i poueri tuffatori, i quali vanno ſotto aqua ſei, & noue, et anco dodeci braccia fino al fondo à prender le oſtriche, che di ordinario ſtanno attaccate, a i ſaſſi, & ſcogli del mare. Di li ſi ſtaccano, & ſe ne caricano, & ſaliſcano, & le portano nelle canae, oue le aprono, & ne cauano quel theſoro c'hanno di dentro. Il freddo dell'acqua iui dentro al mare è grande, & molto maggior' il trauaglio di tener il fiato ſtandoui vn quarto di hora alla volta, & anco meza, nel fare la ſua peſcagione, per poter poi tener il fiato, fanno che i poueri tuffatori mangiano poco, & molto ſecco, & ſiano continenti:* Sanè uerò, eo quoq. noīe difficiliorem

eſſe

eſſe dixeris hanc piſcationem, iuxtà & periculoſiorem, ſi concham ipſam cum manum uidet, ſeſe comprimere, operireq. opes ſuas, gnaram pp illas ſe peti, uerè ſcripſit Plin. de qua re meã ipſe pro Plinio fidem non perſtringerē; qui ſciam uiſum non habere conchas illas: quæ licèt uiderent, quõo manum agnoſcant, neſcio; & ꝙ pp opes ſuas ſe peti, & queri ſciant, ipſe non intelligo, ſit hoc ſiquidem iudicij, & prudentiæ effectus euidentiſſimus. Verius, arbitror, dixiſſet Plin. ſentientem cõcham piſcatoris manum, ſeſe comprimere, quũ uerum ſit talia aĩalia ſentiẽtem habere animam. Cœterum, retibus etiam capi conchas iſtas, refert Arrian. loco anteſcripto: exiſtimauerim ipſe autem, prædam maiorem ſecurioremq. hoc ingenio facere piſcatores: quòd eas gregatim natare ſcripſerint, Solin. Athen. & Plin. qui tradidiſse quoſdã ſcripſit, ſicut apibus, ita concharum examinibus, ſingulas magnitudine, & uetuſtate pcipuas, eſse ueluti duces, miræ ad cauendũ ſolertiæ: Has urinantium cura peti: illis captis facilè cœteras palantes retib. includi. In his igitur huiuſmodi ingenijs captis cõchis marinis, reperiunt Margaritæ: ſed non in oĩ earum parte. Ineſſe.n. in carne cochleæ calculum natum, ſicut in cerebrò piſcis lapillum, ſcripſit Iſid. Hæc uerò apud Athen. leguntur. *Vllio in oſtrei carne gignitur, quẽadmodũ in ſuibus grando*: Et Ioſeph Acoſta, ſe, oſtreã cum manderet, unionẽ in ea reperiſſe, ſua fide teſtatus eſt. Nõ tñ ſemper in media carne Margar. reperiri admonuit Plin. ſed alijs atq. alijs in locis: *Vidimus, inquit, iam in extremis etiã marginibus velut concha exeuntes*: Solidã conchæ partem adiecit Athen. Porrò autẽ horum lapillorum materiã, eſse rorem ipſum cęleſtẽ, unanimi cõſenſu, ſcriptores oẽs affirmarunt Iſid. hæc ſcripſit: *Gignitur autem de cæleſti rore, quem certo anni tempore cochleæ hauriunt*: Tempus autem hoc quod ſit, non determinauit: Solinus hæc: *Conchæ ſunt in quibus hoc genus lapidũ requiritur, quæ certo anni tẽpore, luxuriante cõceptu ſitiunt rorẽ velut maritum, cuius deſiderio hiant. Et cùm lunares maximè liquuntur aſpergines, oſcitatione quadã, hauriunt humorem cõcupitum*: Ex aliorum ſententia, hæc Plinius: *Has vbi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt*: Hæc & Ammianus Marcellin. *Apud Indos & Perſas Margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis permixtione roris anni tempore præſtituto conceptæ*: Hæc & Athen. particulare ẽt hoc tps ſignificans: *Aiunt, verò cùm ſępè tonat, & imber largior effunditur, tum magis pinnas cõcipere, vnionesq. plurimas generari, & inſignis magnitudinis: hieme in profundos maris gurgites pinnas demergi ſolitas; æſtate verò adnatãtes hiare noctu, inter-*

Quã ĩ parte conchę reperiantur marg.

margari. materia quę.

diu

diu compreſſas: Et quidē æſtatis potiſſimum tpe rorem de cœlo cadere, res eſt cuiq. notiſſima, ab Ariſt. tñ in lib. 2. Meteor. affirmata. Huic tot egregiorum ſcriptorum concordi ſententiæ, Cardan. contradixiſſe mirari haud deſino, qui in lib. 7. de rer. ſubtilitate, fabuloſum eſſe ſcripſit, Margaritas ex cœli rore cōcipere. Cōtradixit quadā ſua vſus dicendi licentia; neq. aliā horum lapidum materiā, inuenit, vel indicauit. Rem hanc paullò attentius cōſideranti mihi; etiā ipſius conchæ humoris quidpiā ipſi rori miſceri, enata eſt ſuſpicio; eum ſanè in modum, quo virili ſemini, fœminei quoq. portiunculā ad cōceptum faciendū miſceri cōtingit; quē quidē humorē, paullò craſſiuſculū ſua natura (hoc.n. abundant teſtacea oīa) ſuſcepti roris congelati & concreti, maioris & viſcidioris incraſſationis cauſſam eſſe, exiſtimauerim. Cōſideret quiſq. Margaritę conſiſtentiā, eiusq. ſubſtātiæ cōpactā adeò & craſſam qualitatē, hancq. ex toto ex rore ipſo prouenire minime poſſe intelliget; cū ſit ros eiuſmodi aqueæ ſubſtantiæ, vt cōgelari tñ poſſit, & indurari in modum glaciei. Atq. ex huiuſmodi materia & generationis modo, eſſentialē vnā coloris Margarit. differentiam albedinem. ſ. ſiue candorem, prouenire mihi ſuppono. Cùm.n. alba ſit teſtaceorum oīum ſubſtantia, eorū pariter humores eiuſmodi eſſe, neceſſe eſt: hi, cum rore, qui & ipſe alb' eſt, mixti; qđ ex his gignitur, album ex neceſſitate euadit. Neq. quidem rorem eſſe album is dubitauerit, qui apud Ariſt. 1. Meteo. c. 11. & 12. legerit, rorem, pluuiam & pruinā, ex eadē materia fieri, & ſecundum magis, & minus tū inter ſe differre. Hanc quidē Vnionum albedinē ab eorum materiæ frigiditate, prouenire, dices: maiorem aūt euadere pp inſignem aquæ marinæ exteriorem frigiditatem. Hanc propterea albedinē, pro roris accepti qualitate, maiorem, minoremue euadere, Plinius admonuit. Si.n. purus ros extiterit, cādorem conſpici; ſi verò turbidus, fœtum ſordeſcere, & pallere; cœlo minante conceptum, animaduertit. Ideòq. etiam in rubro mari, ob maiorem aeris ſerenitatē, clariorem Margaritas candorē ſuſcipere; in Indico è contra, ſpecularium lapidum ſquammas, aſſimilare, dicebat. Hac rōne ductus Iſidor. matutini roris conceptionē, candidiores efficere Margaritas; obſcuriores à veſpertino rore euadere, enuntiauit. Eadem omninò quæ Plin. & Iſidor. ſcripſiſſe, & Solinum legimus; hoc plus addito, conchis ipſis ſenſum ineſſe, partusq. ſuos maculari timere, ideòq. cùm flagrantioribus radijs excanduerit dies, ne à Solis tanto calore obſcureatur lapides, ſubſidunt, in-

Cardani ſententia de Marg. materia.

Albedo Margar. vnde.

Maior minusue Margar. albedo vnde.

quit,

Digitized by Google

quit, & ſe profundis ingurgitant, vt ab ęſtu vindicentur. Huic tñ prouidentiæ, ſubdit, ætas opitulatur. Nam candor ſenecta diſperit, & grandeſcentibus conchis flaueſcunt Margaritę. Res hæc Pliniũ ipſum in admirationem trahere potuit. ſ. Margaritas, tñ cœlo gaudere, ſole rubeſcere, candorẽq. perdere vt corpus humanum. Hanc ob cauſsam, Pinnarũ quæ in alto degunt, clariſſimas eſſe Vniones, & puriores; illarum è contra quę per æquoris ſumma fluitant, & ſurſum euehuntur, colorem eſſe nubilum; quia hęc à ſolis radijs percutiantur, illæ non: ſcripſit Athen. Alteram porrò Margaritarum differentiam, quę ipſa durities eſt, ab eadem eorum materia, & generationis modo prouenire, exiſtimandum eſt. Aquam ipſam hyemis tempore, ob eximiam aeris frigiditatem, concreſcere & in duram glaciem verti, nullus ignorat. Sic & ros ipſe, & concharum Margaritiferarum humores ſimul mixti à maris frigiditate indurantur; ſed non ſic ibi indurantur, propter vel nimiam maris humiditatem, vel fortè etiam propter aquæ motum, ſed ab aqua extractæ, propter aeris ſiccitatem, qui earum humorem ſubtiliorem abſumit; Vt corallis, alijsque rebus nonnullis marinis euenire, obſeruatum eſt hucuſque quę in aqua molliores ſunt; ab ea extractę, indurantur celerrimè: licet recentiores aliqui rerum iſtarum obſeruatores oculati, aliter teſtati ſint: *In aqua mollis eſt vnio, duratur euiſceratus*: Inquiunt Solinus & Plinius. Ab aceto autem euinci hanc duritiem Margaritarum, obſeruatum ab omnibus fuiſſe inuenio. Confirmat hoc ipſum in primis Cleopatrę iucunda à Plinio deſcripta Hiſtoria: *Cum enim inquit, Cleopatra Aegypti reginarum nouiſſima, exquiſitis quottidie, Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbè ſimulue procaci facta, vt Regina meretrix, lautitiam eius omnem, apparatumque obrectans, quęrente eo quid adſtruri magnificentiæ poſſit; reſpondet, vna ſe cœna centies H-s. abſumpturam. Cupiebat dicere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, ſed quottidianam Antonio apposuit irridenti, computationemq. expoſtulanti. At illa corrolarium id eſſe, conſumpturãq. ſe ea cœna taxationẽ confirmãs, ſolãq. H-s. ſexcenties cœnaturã, inferri menſam ſecundã iuſſit. Ex pręcepto miniſtri vnum tãtum vas ante eã poſuere aceti, vnius aſperitas visq. in tabem Margaritas reſoluit. Gerebat Auribus cum maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturę opus. Itaq. Antonio expectante quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus iudex ſponſionis eius, eum quoque paranti ſimili modo abſumere; victumque Antonium, pronuntiauit:*

Margar. duritiei c...

Margar. durities aceto vincitur.

Cleopat. Hiſtor. de Margar.

Legi-

Legimus deinde, nepotinis ſumptib. omnium prodigiorum ingenia ſuperaſſe Caligulam Imp. nouo inuento Balnearum vſu, & portentoſiſſimis ciborum, atq. cœnarum generibus excogitatis, vt calidis frigidisq. vnguentis lauaretur; prætioſiſs. Margaritas aceto liquefactas, ſorberet. Sed & Clod. Æſopi Trag. filium, vt experiretur in gloria palati quid ſaperent Margaritæ, ſingulos Vniones conuiuis abſorbendos dediſſe, ſcripſit loco citato Plinius. Hoc in ſermonib. ſuis Horatius, morſu Satyrico hunc in modum, reprehendit:

Filius Aeſopi detractam ex aure Metellæ
Scilicet vt decies ſolidum abſorberet, aceto Diluit inſignem baccam.

Acetum cur diſſoluat marg.

Id ipſe euenire ea de cauſſa exiſtimo: quia ex craſſiori indurata materia rori admixta, cùm cōſtent Margaritę: ſua vi incidēte, eas diſſoluat acetum: qđ ſi calidū extiterit: facilius id ſine dubio pſtabit, euicta dictæ materiæ frigiditate, indurationis ei⁹ potiſſima cauſſa. Quæ .n. concreſcunt à frigido, ea à calido diſſolui, in lib. 4. Meteor. determinauit Ariſt. Quapropter, limonum ſuccum, ſine dubio aridum ut acetum, eaſdē Margar. diſſoluendarum vires, habere, rō ſuadet, & experientia confirmat.

Figura marg. rotunda vnde proueniat.

Figurā aūt ipſam, ſiue formam Margarit. q rotunda eſt, ab ipſius roris guttis in conchis cadentib., q teretes ſunt & rotundæ, prouenire, magna rōne affirmare potuit Ammian. Marcellin. dicereq., qđ matutini roris guttæ iiſdem infuſæ, claros efficiunt lapillos & rotundos: veſpertini verò flexuoſos: contra & rutilos, & maculoſos interdum: quia ei⁹ tpis ros pp proximè elapſos ſolis radios, non ſit adeò frigidus & cōcretus, neq. adeò albus.

Figuræ diuerſitas margarit. vnde.

Plin. verò, ſi fulguret, conchas cōprimi ſcripſit; ſi tonuerit, pauidas ac repente cōpreſſas q vocant phyſemata, efficere. Qui idē, quib. Marg. vna tm̄ eſt facies, & ab ea rotunditas, auerſis planicies, ob id tympania noīari, admonuit. Sed & aliam quarundā proceriorū eſſe formam ille adnotauit, quas elenchos appellari ſolitos eſſe, faſtigiata longitudine alabaſtrorum figura, in pleniorē orbem deſinentes. In uniuerſum; quæq. ſuit Margarit. forma, rotunditatis participem, perpetuò illā eſſe, cuiq. manifeſtum eſſe puto: quod nobis ut ſignificaret Athen. oculis piſcium ſimilē eſſe earū formā, dixit.

Magnitudinis margar. cauſſa.

Qđ aūt ad earum magnitudinem attinet, q & ipſa Margar. eſſentialis quædam eſt differentia, hanc ex earum maiori uel minori materiæ quantitate, maiorem minoremue prouenire, rem ex ſe notiſſimam eſſe puto: Athen. ea propter, cùm ſæpè tonat, & imber largior effunditur, tum magis pinnas concipere, unionesq. plurimas generari,

&

& inſignis magnitudinis, quoſdam exiſtimaſſe, ſcripſit. Sic & Pliniꝰ ſi tēpeſtiuè ſatientur Margaritiferæ conchę, grandeſcere, & partus earum, dicebat. Sic & ſolinus: *Quantò magis, inquit, ſemen hauſerit concha, tantò magis proficit lapidū magnitudo:* Ex quo; inſignis cuiuſdā magnitudinis aliquas eſſe Margaritas; mediocris alias, plęraſq. minimę, cōtingit. Vt aūt aliquid de hac magnitudine, diſtinctius do ceret Plin. *Pondus, dixit, ad hoc æui ſemuncia pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere:* Sed quas ex auribꝰ Cleopatrę pependiſſe ille idē ſcripſit, miræ cuiuſdā magnitudinis extitiſſe; quod eis immenſum cōſtituit ꝑtium, vel clarè oſtendit; nam & eas per oē æuum, maximas fuiſſe, prædicauit. Atq. ideò niſi quis ad portentoſam quandā magnitudi nem, & illam quidē rariſſimè cōtingentē, confugerit, quæ cōmunē obſeruantiam mirū in modum exceſſerit: defendere Solinum haud poterit, vltra ſemunciales inuentas fuiſſe Margaritas, qui negauit. Quæ verò de re hac eadē ſcripſit Iuliꝰ Cęſar Scaliger aduerſus Cardanum exercit. 226. cap. 11. hunc in modū: *Margaritiferam cōchā, Nacheram, vulgus noſtrū appellat ex mari Inſulę Bornei capta vnius caro pepēdit pondo ſeptem & quadraginta. Vniones ex illis oui gallinacei magnitudine. In Regis corona quoſdā æquare anſerinum ouū, memoriæ proditum eſt:* Vera ſint nec ne, quærant alij. Garzias ab Horto: *Maximæ quæ ad promuntorium comorim generantur Margaritæ, pendebant, inquit, cētum frumenti grana: Multò maiores vidi, ſubdit, quas in Inſula Burneo captas, aſſerebant: aliam ibi captam, quæ centū ſexaginta grana tritici penderet:* Neq. ſanè his ſolis eſſentialibus differentijs, inter ſe differunt Margaritæ, ſed etiā accidētalibꝰ quibuſdam. Sunt.n. earū aliquæ intus inanes, hoc eſt, ſine ſubſtantiali materia, vel ſaltē pauca, conditioniſq. cuiuſdā minime laudatę. Nam ſi cōceptus tpe tonuerit, ſpeciem modo inani inflatā ſine corpore, effici, Plinius ſcripſit; hoſq. cōcharum abortus appellauit: *Quòd ſi etiam repentè micauerit coruſcatio, dicebat ſolinus, intempeſtiuo motu cōprimuntur, clauſæq. ſubita formidine vitia contrahunt abortiua: aut.n. perparuuli fiunt ſcrupuli, aut inanes:* Cōcuſſas verò cōchas, ſæpiſſimè metu fulgurū ianeſcere, aut debilia parere, aut certè vitijs defluere abortiuis, admonuit Ammianus. Ab ætate quoq. accidentalē quandam ſuſcipere Margaritas differentiam, qn̄ ſeneſcant tandē, & earū robur expiret, ex Alexandro Polyſthore, & Sudine, retulit Plin. quod idē affirmauit Solinus; apud quē hæc ēt leguntur: *Flaueſcunt tamē & illæ, ſenecta rugiſq. torpeſcunt, nec niſi iuuenta conſtat ille qui quæritur vigor. craſſeſcunt etiā in ſenecta, cōchiſq. adhæreſcunt, nec ijs auelli quæunt niſi lima:* Quòd ſi Margaritas à conchis antequam maturę ſint, eximi cōtingat,

Accidentales Margaritarū differētia.

Aetas diuerſitatē facit in Margaritis.

V gat,

gat, breui eas corrũpi, admonuit Antonius Muſa Braſauolus in ſuo ſimpl. exam. cap. de lapidib. Hicq. idẽ, aliquas natura perforatas, ob aliquẽ malum affectũ, indicio adnotauit nõ vulgari. Eas. n. ferè oẽs, vt in coronas duci poſſint (minutiſſimas excipito) corporis ornat⁹ cauſſa arte perforari, res eſt cuiq. notiſſima. Riſit naturalẽ hãc perforationẽ Garzias ab Horto, fabulamq. eſſe exiſtimauit; ſed, vt puto, ſine rõne. Anne lapidum genus multiplex, ſicuti & ligna oĩa etiam duriora, vnà & quęcunq; ſua natura ſicca ſunt, cariei nõ ſunt obnoxia? Quid prohibet, in ipſi⁹ cõchæ carne, vermis ſpẽm aliquã aliqñ gigni poſſe, qui Margaritæ deinde ſubſtantiã rodat, & perforet? quid item impoſſibile fecerit, materiã in concha ad vnionis generationẽ exceptam, in cõcretione ipſa interim ꝑp nimiã ſiccitatẽ, aut quampiã aliam cauſſam, in aliqua ſui parte dehiſcere? Sunt hęc quidẽ mea opinione poſſibilia, & quæ cõtingant facilia. Aĩaduertas tñ cõuenit, naturalis perforationis noĩe, vnionis ſubſtantię, partẽ aliquam tñ, perforatam, intelligi debere, nõ oĩmodã toti⁹ perforationem, per lapilli mediũ tranſeuntẽ, & ab vna eius parte ad aliã rectã peruenientem, qualis ea eſt, quæ arte fit: rametſi id quoq. ſine arte contingere poſſe, oĩnò vt arbitror, non eſt impoſſibile, licet rariſſimum. Nõ abs re tñ Garzias idẽ, Margaritas poſt pleniluniũ captas, cum tẽpore minui, & decreſcere; quę verò ante pleniluniũ capiuntur, huic vitio haudquaquam eſſe obnoxias, potuit vt certũ ſuppoſuiſſe, cùm idẽ hoc cancris, oĩbusq. ferè teſtaceis aĩalibus euenire, Ariſtot. Plinius, alijq. multi ſcriptores, obſeruatione eorũ præuia diligenti, fuerint teſtati. Margaritarum adulterationẽ, his accidentalibus diſſuẽ. ijs ſi addideris, iam oẽs, & ſingulas te expreſſiſſe ſcias. Duplicem aũt in modum eas adulterari poſſe didicimus, ſubſtantia nimirum earum artificioſè imitata; interim & colore earum naturali, vel iam deperdito, inſtaurato; vel etiã interim ex toto imitato. Non leuẽ lucri ſeplaſiam eſſe ſcripſit Cardan. in anteſcripti libri fine, cùm ex concha Margaritarũ, pulcherrimè finguntur vniones, fraus, ſua opinione, rectè adeò ſuccedens, quæ nec etiam à Gẽmarijs dęprehendi ſoleat; color ſiquidẽ, ſplendor, ſubſtantia pondusq. veris Margaritis probè reſpondeant. Eſſe etiã admonuit, qui ex duob⁹ fruſtis ob cõchę tenuitatẽ, Margaritas cõſtruant. Coloris aũt harum gẽmarum elegantiã, deperditã, vel etiam à natura nõ ſuſceptam inſtaurari, priſtinumq. fulgorẽ earum recuperari, ſiue etiã de nouo induci poſſe; ſuo etiã in teſtimonium adducto experimẽto,

Margar. pforationẽ naturaliter an ſuſcipiãt.

Perforatio Margaritarũ naturalis, quo intelligenda.

Margaritas in plenilunio, et poſt plenilunium captas variari.

Margaritarũ adulterationes.

docuit

docuit Garzias: Nimirū, ſi diu in oriza leuiter confracta, & ſale, detineantur Margaritę: ſalis.n.medio, ſuperficialis color abſtergitur ſtrenuè; & in ea ſubſtantia, quę duriſſima non eſt: orizæ quę maximè alba eſt, portio aliqua impingitur: ex quo à cortice repurgatam eſſe debere orizam, & in pollinē tenuiſſimum redactam, neceſſe eſt. Porrò ex eſſentialibus, & accidentalib⁹ iſtis Margaritarū differentijs, quę inter eas optimę ſint, & laudabilioris cōditionis, colligere potuerunt ſcriptores grauiſſimi. Dos oīs, dicebat Plin. in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus conſiſtit. Iſaac inter Arabes Medicos authoritatis multę ſcriptor. *Et graſſiores earum, dicebat, ſunt meliores paruis; & clara ſunt meliores obſcuris; & quæ ſunt aqualis ſuperficiei ſunt meliores angulis in figura ſua:* Iſidor. vna ſola conditione potiores approbauit, his verbis: *Meliores aūt ſunt cādidæ Margaritę, quàm quę flaueſcunt: illas.n.aut iuuentus, aut matutini roris conceptus, reddit candidas: has ſenectus vel veſpertinus aer gignit obſcuras:* Si tñ ſine diſtinctione, accipiantur à Medicis conditiones iſtæ, poterunt facillimè decipi. Etenim, ſi de Margaritarum vſu, corporis ornatus cauſſa, ſermo habeatur; quę tradidit Plin. conditiones oēs, & ſingulæ in optimis Margaritis, ſunt ex neceſſitate, attendendæ: in Medicum verò vſum nō oēs. Quamquam.n. rotunditas, perfectionis cuiuſdam maioris ſignū ſit euidens: quę tñ oīnò rotundæ non ſunt, ſi albę, & candidę fuerint, nō inanes, nō ſtriatę, nō rugoſę, pōderoſæ, ſine carie, non ſeneſcentes, æquis ferè nominibus poterunt à Medicis cōmendari. Magnitudo quidē ipſa laudabilis eſt, ſi cū alijs optimis cōditionib⁹ eā iungi cōtingerit, quia ſucci multū ſecum habeat, vt fructuū multorū exēplo demōſtrare fas eſt: paruiores tñ, licet minus ſucci habeāt, vbi alias habuerint laudabiles cōditiones ſua laudę nō ſunt priuandę, cū tota Margaritarū ſubſtātia, vt antea dictū eſt, ex ſucco cōcharū cū rore cōcreto, fiat; atq. eò magis, quia rarę ſunt magnę Margaritę; & q̄ vitio careāt, rariſſimę magnæ, quēadmodū affirmāt Gēmarij. Sed & in Medica arte, tāti nō refert hęc excellēs magnitudo, ob pretiū inſigne, quia Regib⁹ & Principibus exceptis, nullus in medicinā his vteret. Neq. tñ oīum minimas ęquè ipſe cōmendauerim, ſed q̄ ſaltē mediocrē quandā habēt magnitudinē, habeant hæ ſiquidem ſubſtantię ſuę ſatis efficacē vigorem, quē in minimis admodū, reperiri, vix eſt vt perſuaderi poſſim: & tñ eſt harū multitudo ſupra fidē. Vtut ſit; Margaritarū cādor, vbiq. in medicinā neceſſarius eſt; cū alij colores, ſubſtantię carū, vel prauitatē, vel

Margaritarū optimarum cōditiones.

Margaritarum cōditiões bonæ in medicina requiſitæ.

Digitized by Google

Marg. arte perforatæ cur damnum ſuſcipiũt.

minus bonã conditionem ſignificent. Hę; ſi neq. à natura, neq. ab arte fuerint perforatæ; maiorẽ apud me cõmendationem habent; quia vt audiuimus, naturaliter eas perforari cõtingit, propter malũ aliquem affectũ: arte verò perforatę, quõcunq. id fiat, damnum aliquod vt ſuſcipiant, neceſſe eſt prorſus. ignito pſertim acu ſi eas perforari cõtingat, quia tunc earum humiditas exiccatur valdè, ſi præcipuè ex minorib⁹ fuerint. Sed tñ arte perforatas (niſi ardenti aquæ intinctũ fuerit perforans inſtrumentum) ex toto nõ dãnauerim, qñ & Nicolaus Myrepſi⁹ græcus Myropola, ſect. 1. cap. 37. & 38. perforatas, & nõ perforatas Margaritas, in eadẽ antidoto, ſine diſcrimine, poſuerit. Ex quo ſatis manifeſtè conſtat, Braſauolam loco antedicto, Medicos illos iniuſtè damnaſſe, qui in ſuis ſchedulis, nõ perforatas Margaritas ſcribunt: Non. n. vt ille inquit, quò apud vulgus in admirationẽ ducantur, eo vtuntur titulo; ſed qñ nõ perforatæ Margaritę, cęteris paribus, perforatis, anteponendas eſſe, ſuadeat rõ; ratus etiam ſeplaſiarios cẽs eam margaritarum diſtinctionẽ haud cognoſcere, vt perforatæ nõ perforatis minorẽ habeant conditionẽ.

Marg. integrę cur in medicũ vſum integrę ſint emendę.

In eò è cõtra viri ingenium laudare par eſt, & pręceptum qđ poſuit amplectendum; integras. ſ. in medicum vſum emendas eſſe margaritas, quia puluerizatæ vires ſuas quadantenus amittant, & facilè ſatis adulteriũ admittant. Adulterij facilitas, tãta talisq. eſt, ut ferè cuiq. liceat cùm voluerit; etiam ſine induſtria, adulteriũ huiuſmodi cõmittere. Puluerem. ñ. album ex quacunq. re paratũ, ſub Margaritarũ noĩe, protuliſſe, ſufficit. At puluerizatas Margaritas, vires ſuas quadantenus amittere, ſi, vt verum cõceſſerimus, cõi cuidam aromatariorum inſtituto, Margaritarum in puluerẽ reducendarũ & exiccãdarum, ad vſum Medicũ adſeruandarũ, aduerſabimur manifeſtè.

Marg. nõ debẽt teri exſiccari-q. & adſeruari in medicum vſum.

Terunt illas piſtillo ligneo, uel lapideo, in albo mortario, & à corticibus quibuſdã aqua perfuſæ liberantur; & poſt ſuper lapidẽ Porphyrium diligenter adeò lęuigantur, vt per lineũ linteolũ traductæ, dentibus nõ ſentiantur; atq. ita præparatæ & exiccatæ ſeruantur in vſus Medicos. Vel etiã acerrimo alboq. aceto præſertim deſtillato, vel ſucco mali citrij, aut limonis liquant; liquatas inſolant, dum liqnor euaneſcat oĩs, ſiccant deinde, & ad vſum ſeruant; timentes, ne aliter tritis, aliquid lapidis corraſum miſceatur. Sanè uerò triturationẽ ipſam, vt trituratio eſt, dictum in modũ factũ, præiudiciũ aut detrimentũ aliquod ipſis Margaritis, afferre poſſe, minime affirmauerim; qui ſciã medicamenta plæraq. de nobilitate, ac dignitate cũ

eis cōtendentia, ſine præiudicio, aut detrimēto aliquo triturari, utq. triturentur oīnò neceſſarium eſſe. At hoc idē de earum exiccatione dictum in modum facta, nō dixerim, cùm verear, ei⁹ medio, humidi ſubſtantifici portionē multam abſumi, ſubtilioresq. earū partes ferè totas euaneſcere, deq. earum facultate partē multam ꝑpea imminui. præſertim ſi longo tpe ſic fuerint adſeruatæ: qđ qui voluerit, exemplis cōfirmabit manifeſtis. quare ſecuri⁹ futurum mea fuit ſemꝑ opinio, toties quoties neceſſitas tulerit, Margaritas integras ſeruatas, in ſucco ex dictis aliquo macerare, vel etiam quolibet triturare, ꝑ petiam lineam ducere, & ſtatim afferre; vnico hoc medio adulterium quoduis euitando, earū facultates integras ſeruando, & ęgrotanti ad aſſumendum faciliorem viam parando. Macerationē ſiue liquefactionem eò magis laudo, quia quoties in lęuorē nō tranſierint Margaritę, adulterium iam patet manifeſtè, cùm impoſſibile ſit, cōchę ipſi⁹ materiam, aut qđuis aliud, ex quo ꝯpoſita ſit Margarita, in dictis liquorib⁹ diſſolui, & in læuorem duci. Quanq̄ etiam adulterium ex concha ipſa conflatū, tantopere damnandū non eſſe cēſeam⁹. Retulit.n.ex cuiuſdam Arabi Medici ſnīa Serap. conchylia Margarit. magna, fulgida, & ſplendida eis ſubſtitui. Neq. caret opinio huiuſmodi ſua rōne. Eſt Margaritifera concha, ſi Athenęo, Plin. & alijs fides danda eſt, magna, ſpiſſa, modicè caua, figuræ pectinum ęmula: vna.n. parte aurem habet, & foramina parua, quæ non pnceant: altera rotunda eſt, argentei coloris & ſplendoris maximè in interna parte; externa nonnihil flaueſcit; tota lęuis Vnionū modo. Hanc, pro matre Vnionum vetiſſimè repręſentatam fuiſſe, enuntiauit Athen. Si igitur ſplendentem hanc conchæ partē, & argenteum ei⁹ colorem, ac ſubſtantiæ læuitatem in modum Vnionis, conſideremus, ipſarum Marg. ſubſtantiæ quoquomodo participē eā eſſe facilè fuerit nobis credere; idq. ob eam cauſſam fieri, ſatis veriſimile inueniemus, ꝙ cadens res in conchis, interim ex parte adhæreat illi earum parti, & ꝑ eam diſſoluatur, ac diſpergatur, non ſuſcepta ꝑ concretionem figurā rotunda; ideoq. facultatū ſuarum particeps euadit. Eius verò impoſturæ, q̄ coloris iam amiſſi, reſtitutione media, fieri audiuimus, detectio, non magni apud nos eſt momenti: quia ſic aptatas Margaritas, minoris quidem efficaciæ eſſe dixeris, quum, vel iam ſeneſcant, vel optimū colorē nō ſint à natura conſecutæ, non tñ vt prorſus inefficaces, aut prauas, dānare poteris, qm̄ innatas Marg. facultates habent, licèt min⁹ efficaces. De quib⁹ quidem

Modus pparandi Marg. tritus.

Concha Margar. qua rōne poſſit ipſis ſubſtitui.

Marg. facultates Med. ...

dem facultatib⁹ nunc, vt diſſeramus, cõuenit. Sunt earũ aliæ manife-
ſtę, ex manifeſtis ſuis qualitatib⁹, ſiue ex ſuo tẽperamẽto prouenien-
tes: obſcuræ aliæ ex forma ſubſtantiali, ſiue occulta quã vocãt pro-
Temperamentum Marg. prietate, natę. Frigidas & ſiccas eſſe Marg. affirmauit Serap. & in
eis ſubtilitatẽ eſſe paucam, dixit. Raſis, eodẽ Serap. referente, hanc
earũ frigiditatẽ, & ſiccitatẽ, in ſecũdo gradu eſſe, cõſtituit. At Iſaac,
in caliditate, frigiditate, ſiccitate, & humiditate, temperatas eas eſſe
voluit: qđ quidẽ ei ſi cõcedatur, parũ mea opinione, refert; quia poſ-
ſint illę nihilominus refrigerare & exiccare. Sanè verò ex teſtacei
aĩalis ſubſtantia quæ frigida eſt, & ex rore, licet nitroſo, tñ ſatis fri-
gido, cũ concreſcat Marg. illaq. in maris aqua externè ſaltẽ frigida
degat; frigidã propterea eſt nacta tẽperiẽ. Huic adiũcta ſiccitas eſt,
qñ Galeno mag. in lib. 1. de cõp. med. per gen. cap. 6. cũ refrigeran-
tib⁹ medicamentis, ſaltẽ per accidens coniungitur ſiccitas; atq; etiã
vt idẽ ſenſit in lib. 6. de ſimpl. med. facult. cap. de bulbo ſatiuo, quia
ſiccitas, abſtergẽtia, & glutinãtia cõſequitur medicamenta. Vtrũq.
aũt teſtaceis oĩbus ineſſe ille idẽ conſtituit, in lib. 11. de ſimpl. med.
facult. cap. de carne viperæ, exemplo cochleæ. Quo ſanè noĩe, his q.
peſtilenti febre laborant, auxilio eſſe poſſe Marg. manifeſtũ euadit;
ſua nimium frigiditate calori febrili cùm aduerſentur: vtriſq. verò
qualitatib⁹ putredini excellenti. cęterum; detergentẽ facultatẽ, ha-
Margar. detergẽtẽ habent facultatem. bere Margar. planè affirmauit idem Serap. atq. ideò, viſus obſcu-
ritati, & oculi albedini, eiuſq. ſordiciebus conferre, & dentes abſter-
gere, cõſtituit; qđ idem ad verbũ, Raſis & Iſaac, affirmarunt. Febri-
bus propterea illis quę pp validas obſtructiones putredinẽ habent
excellentẽ, quales ſunt peſtilẽtes, ſua abſterſione, Margaritas haud
ſegniter prodeſſe poſſe, fateri cõuenit. Hæ verò, ſi hoc plus virtutis
Margar. ſanguinẽ purgãt et clarificãt. habent, ꝙ clarificãt & purgãt ſang. vt iijdem teſtati ſunt ſcriptores;
lõgè ſanè maiorem habẽt in harum febriũ curatione, cõmendatio-
nem, quę plærunq. totam ſang. maſſam habent infectã, ſanguineis
efflorescentijs vt plurimũ in eis apparentibus, id atteſtantib. Neq.
Margar. cur fluentes mẽſes reſtringant. profectò adſtringẽtem aliquã facultatem Marg. ob id ipſe dedero,
quia illas, menſtrua fluentia retinere dixerint ſcriptores iijdem; qui
potè illas id facere ea de cauſſa exiſtimem, quatenus ad ſicciorẽ ſta-
tum corpus mulieris deducunt. ſiq. adſtrictionem aliquã, vel etiam
agglutinationẽ eis ineſſe fateri cogantur, eò quia ex craſſiori cõcha-
rum ſubſtantia genitę, agglutinare quodã modo aptę ſint: hanc fa-
cultatem, quæ certè inſignis non eſt, ab eis ex toto auferri dicimus,

ſi, vt

ſi, vt antea dicebatur, in aceto, vel limonū ſucco prius liquefiant, & diſſoluant, talium ſuccorū ariditate inſigni, vim eā agglutinantē ex toto euincente. At lōgè maiores eſſe Marg. vires à forma earū ſubſtantiali, ſiue à proprietate occulta ꝓuenientes, eorundē ſcriptorū teſtimonio, admonemur. Cordis tremori, ac debilitati; cardiacę affectioni, & timori cuiq. melancholico, eas miro quodā modo cōferre illi ſcripſerunt. Dixerunt itē eorum aliqui, purificare illas & clarificare ſang. cordis incraſſatum, eiusq. propterea affectib. ſubuenire; qui effectus, manifeſtarū potius qualitatū eſſe videtur, q̄ virtutis occultę; qđ licet cōceſſero; minime tñ negauero, etiā ꝑ occultas qualitates, eidē viſceri auxilio eas eſſe maximo, Auicen. qñquidē in lib. de virib. cordis tract. 2. cap. de Marg. proprietatem valdè magnā in illis eſſe, affirmauerit: eas, Karabe ipſi in natura ac ꝓprietate ſimiles cōſtituens. Hic idē, ex Marg. electariū cōpoſuit ad fœtum in ventre matris conſeruandū, in lib 3. Fen. 21. tract. 2. c. 1. deſcriptum. ſic & Nic. Myrep. Gręc. Myropola ſect. de Antid. 1. c. 37. & 38. duas ex Marg. cōpoſuit Antid. ad vniuerſi corporis refrigerationē conferentes; ad cardiacos, aīoq. deficientes, mulieres vtero gerentes, & ad vteri ſ͞ffocationes, ac cordis ſyncopes. Actuarius pariter gręcus ſcriptor Medicus, & ille quidē doctiſſimus, in lib. 5. ſui meth. med. c. 6. Antidot. ex vnionib deſcripſit, ad oēm imbecillitatem, animi deliquium tam à corde, q̄ à ventriculo ortum: & ad oēm vitalium membrorū offenſam; ad ſuſpirioſos itē, tuſſiculoſos, tabidos, longo morbo deiectos ac languentes recreandos, viriumq. robur reſtituendū. Alterūq. etiā, cuius medio vehementi cordis palpitationi auxilio ſim⁹, falſas animi imaginationes & cogitationes, diſcutiam⁹, ac atrę bilis dñium, depellamus. Hos equidē effectus oēs, primis Margarit. aliorūq. medicamen. vna poſitorū, qualitatib. ſolis, aſſignare ſi quis voluerit, occulta eorundē virtute relicta; is ſe protin⁹ in medica materia min⁹ verſatum, ac penitus negligentem, oñdet. Sed & libri de Anatomia viuorum, falsò Galeno attributi, ſcriptor gręcus, qui tñ multa Gal. digna ſcripſit, cor diſſolutam, maximè cōfirmare Margaritas, teſtatus eſt, cū in libri principio, tum in fine, de cordis corpore vbi egit. Et quamuis Margaritas apud Indos, rarò in vſum Medicum venire ſcripſerit Garz. ab Horto; Mauritanos tñ frequenter noſtro more, eas cordialibus medicamentis immiſcere, teſtimonio ſuo comprobauit. Atq. ideò, facultates admodum efficaces cùm habeant Margaritæ aduerſus recitatos morbos, talisque ac tanta

Marg. vires occultę q͞ſ.

inter

Marg. in feb. peſt. cur conue niant. inter eas & cor ipſum ſit ſympathia, qui neget, futurũ neminem cre dim⁹, his qui peſtilenti febre laborant, maxima cũ vtilitate, illas af ferri: quod etiam liberius multò affirmari põt, quia ex his qui poſt Gal. & Arabes Med. de re medica ſcripſerũt, recentiores appellati, null⁹ in hanc vſq. diem, id in dubium reuocauerit; laudauerit immò & approbauerit, medicamenti genus hoc, eorũ quiſq; . ſi cãm quis q̃ſiuerit, cur de Marg. facultate medica nihil ſcripſerint Dioſcor. & Gal. cùm tñ eas probè cognouerint, vt oĩbus notum eſſe ſcio, ex his *Marg. fa cult. cur nõ prędi cauerint Galen. & Dioſcor.* q̃ de conchis marinis ſcripſit Dioſc. & ex his quæ in lib. de cogn. & cur. animi morb. c. 9. de Vnionib. Gal. cõmemorauit; dixeritq. ꝙ ſi- cuti Smaragdi facultates in dubiũ poſitę fuere maximum, quia eas Gal. non animaduerterit, Gẽma tñ probè cognita. Huic rñdere li- cebit, diſſimilem oĩnò eſſe Smaragdi, & Marg. rõnem; neq. eãdem gemmã vtranq. admittere cõparationem. Decantatis Smaragdi fa cult. repugnat è diametro ratio, vtq. docuimus, nullæ prorſus ſunt: quare nec Gal. qd' non eſt cognouiſſe potuit. Vnionũ vires, rõ ipſa fecit manifeſtas; experientia ſęculorum multorũ cõfirmauit; & gra uiſs. ſcriptorum authoritas confirmauit. At rei huic aĩum non ad- hibuiſſe Dioſc. & Gal. quid mirum? Nõ omnia poſſumus oẽs. Mul taq. alia medicamenta ſuam cognitionẽ ad poſteros tranſtulerunt. Eſt igitur, vt Marg. ipſis aduerſus morbos enarratos, & febres pſer tim peſtilen. dictas, magna fiducia Medici vtantur; ea in earũ admi niſtratione & vſu obſeruata methodo; q̃ in lapidis Bezaar vſu ob- ſeruandam eſſe, de eo differentes docuimus; vnam excipio in ſingu los dies exhibendam q̃titatem particularẽ, q̃ paullò maiorẽ Bezaar ipſo, eſſe debere, oĩum fuit & eſt cõis opinio: ſiquidẽ ad ſcript. vnius pondus vſq. deueniri poſſe, cõi vſu iampridẽ confirmatũ eſt & rece ptum. Hæc itaq. de medicamentis iſtis hunc in modum ſcripſim⁹.

Tractatio nis epilo- gus. Si verò quot habuimus in inuenienda veritate difficultates, tot ha- bebit illa fautores; ſuſcepti laboris noſtri pmium hoc erit non vul- gare. Procul erunt calũniæ & obtrectationes, inq. hoĩum vtilitatẽ, illam poſthanc amplexabunt oẽs. Vnus quæſo quiſq. qui hæc no- ſtra leget, ſuo fretus iudicio, & ſua vſus doctrina, diligenter q̃ pote- rit ea contempletur: & de eorum certa veritate, ſolicitus ſit: contra- dicat, ſi verè licuerit: immutet cum ratione aliqua vel etiam omnia; remq. ipſam clarius veriusq. determinet. Caueat tandem, precor, & enixè poſtulo, ne (quæ certè virtutis maxima peſtis eſt) in alie- ni nominis ruina gradum ſibi ad gloriam quærat.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google